<36607048770010

<36607048770010

Bayer. Staatsbibliothek

ED 2010

J. publ. germ. 762-6

SELECTA
IVRIS
ET
HISTORIARVM
TVM
ANECDOTA
TVM
IAM EDITA, SED RARIORA
QVORVM
TOMVS VI. IDEMQVE VLTIMVS

1. Consilium de Comitibus Imperii eorumque Statu conditione & reliquis. e MS.
2. Fundamenta Saxonica in causa Lauenburgica. e MS.
3. *Iohannis* de MVTTERSTATT Chronicon Spirense ab V. C. ad an. 1468. e MS.
4. Historiam seditionis Halberstadiensis 1423. e MS.
5. Extractum privilegiorum Argentinensium. e MS.
6. Praetensionem Hunoltsteinianam in praefecturam Hunoltstein. e MS.
7. Statuta Stadensia de an. 1279. aliis adscriptis postea aucta. e MS.
8. C. S. SCHVRTZFLEISCHII Analecta diplomatica Waldeccensia. e MS.
9. XVII. Diplomata & chartas lingua latina ab anno 1244. ad an. 1459. MS.
10. Hodoeporicon *Nicolai* RODINGI. 1542. MS.
11. SCHVRZFLEISCHII Stricturas Antiquitatum Waldecciarum.
12. Varia Monimenta res Germaniae, inprimis Wetteravicas illustrantia Seculi XIV. XV. & XVI.

CONSPECTVI EXHIBET.
ADDITVR
PRAEFATIO COMMENTARII VICEM HABENS
ET INDEX
E BIBLIOTHECA
HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERG,
SERENISSIMI HASSIAE PRINCIPIS IN REGIMINE ET DIVERSORVM PRINCIPVM AC STATVVM CONSILIARII, NEC NON PROF. PVBLICI ORD. GISSENSIS.

FRANCOFVRTI
SVMTIBVS IOH. FRID. FLEISCHERI CIↃ IↃ CC XLII.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SENECA.

Quoties aliquid ſcripturus es, ſcito, te morum tuorum & ingenii hominibus chirographum dare.

VIRIS.
ILLVSTRIBVS. GENERIS.
SPLENDORE. MERITISVE.
SVMMIS.

FRIDERICO.
MAXIMILIANO.
DE LERSNER.
SCABINO. AC. SENATORI.
SPLENDIDISSIMO.

NEC. NON.

HENRICO.
DE. BARCKHAVSEN.
SENATORI. FRANCOFVRTENSI.
SPECTATISSIMO.

HASCE. PAGELLAS.
DAT. DICAT. OFFERT.
OB.
INSIGNIA. IN. SE. MERITA.
MAGNIS. HIS. NOMINIBVS.
DEVINCTISSIMVS.
SEQVE.
EORVM. FAVORI. AMICITIAEVE.
ETIAM. IN. POSTERVM.
ADIECTO. PRO. OMNE. GENVS.
FELICITATE. VOTO.
COMMENDATVM. CVPIT.
GRATES. SIMVL. ENIXAS.
AGENS.
ET.
MEMOREM. MENTEM.
SICVBI. OCCASIO. SIT.
PROFESSVS.

LIBELLI. EDITOR.

PRAEFATIO.

§. I.

Vnus alterve elapſus eſt annus, ex quo *Selectorum* meorum nihil prodiit. Erant alia quae occupabant; erat etiam negotiorum moles haud exigua. Iam ad hunc laborem redeo. Daturus Tomum VI. *eumque vltimum.* Neque vero me deficit aut materies, aut rei communi inſerviendi ſtudium; nec etiam temporis adeo ſum anxius, vt non vel pauculas horas occupationibus ſuffurari liceat. Oportet omnium certum fieri modum aliquem ac finem. Forte redibimus aliquando ad hos labores; Forte integris *Scriptorum Rerum Germanicarum* Voluminibus anecdota noſtra inſeremus; Forte alio modo ea extrudemus. Horum vero Tomorum, ſenarius numerus ſuffeciſſe viſus eſt. Non omnia iis inſerta, quae o-

lim promiſeramus. Nec tamen ea ſuppreſſimus temere. Servantur aliqua ſequioribus annis, ſervantur tempori mage commodo, ſervantur forte poſteritati. Et deprehendes eo ſpectantia, in ſucceſſuris Meditationum Tomis. Volui etiam *Indicem generalem* addere. Sed negotio curatius penſitato, huic conſilio valedixi, lectoribus duplici impedio non futurus gravis. Si plures Tomos congerere placuiſſet, neceſſitatis fere is erat; cum vlterius procedere non luberet, arbitrii. Inſeruimus autem huic Tomo, haud minimi momenti faſciculos XII., non vnius generis, ſed varietatis oblectamentum ſecuti. Praefaminis loco paucis de omnibus diſſerere iuvat, & ideo paulo vberius, quia tempore excluſo, non licuit Notas addere, id quod alias mihi erat ſolenne. Accedam vero

I. ad CONSILIVM *de* COMITIBVS IMPERII, EORVMQVE STATV, CONDITIONE, ET RELIQVIS. Et Comitum quidem res diu iacuerunt incultae, nec quisquam fuit, qui de eorum rebus, pro dignitate differeret. Forte non ſine ratione aſſeri poteſt, noſtrum, cuius

in

in praesens consilium damus, primum opere precium quodammodo fecisse. Nostro vero aevo, ea res Comitum fuere felicitate, vt certatim ferme optimi, & rerum patriarum callentissimi Scriptores, negotia eorum illustrarent. Omnes ferme qui ab antiquo, ad hoc usque tempus, Comitum gesta sibi curae esse siverunt, sub nomine *Iohannis Christiani* LVNIG, in Thesauro Iuris derer Grafen und Herren des heiligen Römischen Reichs, vvorinn von deren Vrsprunge, Wachsthum, Praerogativen und Gerechtsamen gehandelt. Lips. 1725. fol. iunxere Viri quidam Eruditi, quorum praecipuus *Georgius Tobias* PISTORIVS. Aeternum erit in rebus Comitum hoc opus, cui ANONYMI elegans Prooemium praemissum. Accessere V. C. *Wilhelmi Friderici* DE PISTORIVS, Consiliarii Erbac. Intimi, Amici nostri, tum dissertatio auspicalis sub Praesidio BIERLINGII sub titulo: Conspectus Illustrium inter S. R. I. Comites & ordinem equestrem immediatum gliscentium controversiarum. Rintel. 1724. edita, tum Historisch- und Iuridische Anmerckungen über allerhand, den Vrsprung, Histo-

Hiſtorie, Vorrechte &c. derer des Heil. Römiſchen Reichs Graven betreffende Materien Franckf. 1727. 1728. 8. IV. Theile, quibus res Comitum, in diverſis capitibus, egregia accepere illuſtramenta. Et circa idem ferme tempus exortus eſt, Vir Illuſtris, de orbe Erudito multis nominibus optime meritus, idemque amicus noſter in paucis, *Ioh. Adamus* KOPP, Cancellariae Haſſiacae Director, cujus Tractatus Iuris Publici de Inſigni differentia inter S. R. I. Comites & Nobiles Immediatos Argent. 1724. & 1734. in 4. omnium tulit applauſum. Nemo profecto res Comitum Imperii curatius trutinavit, nemo Votorum curiatorum originem habitudinemve, rectius excuſſit. Controverſiae etiam de miniſterialibus inter V. C. *Adamum Fridericum* GLAFEY cujus Tractatus de vera quondam Miniſterialium indole, Francofurti & Lipſiae 1724. 4. prodiit, & virum eruditionis fama celeberrimum *Ioh. Georgium* ESTOR, qui Commentariis de Miniſterialibus Argent. 1727. 4. ei ſatisfacere niſus eſt, exortae, non parum lucis huic de Comitibus viſioni attulerunt. Neque vero ego falſus ero, ſi

dicam

dicam, communi Eruditorum calculo, inferiorem ab hac arena discessisse Cl. GLAFEIVM, in satis infirma causa, quam tuendam susceperat, gravissimis adversariis obiectum. Minime tamen hic pugnae ardor stetit. Cum enim *Stephanus Christophorus* HARPRECHT, homo ab omni Historia, ab omni solida Iuris Publici cognitione nudus, in Wetteravia illustrata, scripto memoriae iam defuncti gravi, Comites, vel infimis e nobilitate aequales reddere, & inprimis Hanoviae Comites in eundem censum coniicere tentasset, ortus est WOHLFARTIVS, tum Collegii Comitum Wetteravici Legatus dirigens, postea Vice-Cancellarius Hanoviensis, qui Gründliche Vntersuchung der Frage, ob mit denen am Rhein und in der Wetterau gesessenen, zur höheren teutschen Nobilität jederzeit gerechneten uhralten teutschen Grafen und Herren, Hohen Freyen oder Dynastis, ins besondere aber mit denen dazu gehörigen Grafen und Herren zu Hanau, die - Commembra derjenigen löblichen Ritterhaubtmannschafft, welche sich wohl von dem Mittelrhein und der Wetterau benahmet,

jedoch den allerwenigſten, oder einen gar geringen Theil in dieſen Bezircken beſitzet, bevorab die ohnlängſt ausgeſtorbene von Carben in Vergleichung zu ſtellen ſeyen? 1734. fol. ἀνονύμως edidit, & in hoc ſcripto, Comitum conditionem ſplendidiſſimam adeo eruit, vt adverſarii, vsque huc, aliquid reponere non fuerint auſi. Succeſſere aliae quaedam Iurium deductiones in cauſa *Tedeſco contra Hanau*, quae itidem eundem voluunt lapidem, & V. C. SCHMIDIVM, Conſiliarium Regiminis, autorem habent, ſed caput rei non ita tangentes. Et hunc quidem in modum, conticuit potius quam compoſita eſt inſana illa lis, quam *Ioh. Stephenus* BVRGEMEISTERVS Comitibus temere moverat, eos ex ordine maioris Nobilitatis, in minorem coniicere, adeoque Nobilibus ſimplicibus, tantum gradu, non dignitate potiores eſſe, aſſerere tentans. Pudet iam harum ineptiarum, nec Burgemeiſteriana vt adducamus, hujus loci, hujusve inſtituti eſt, vbi potius ii nominandi, qui conatum temerarium egregie caſtigarunt. Sentio hic de ſcripto celebri, Adeliches Ritterfeld, oder

oder unpartheyische Gedancken von dermahligen Adels in Teutschland Anfang, Wachsthum, gegenwärtigen Zustand Franckf. 1721. 4. cui Illustrissimus autor Anonymus, multa scitu maxime necessaria, etiam ex monimentis Anecdotis inseruit. Huic subiungo, vorläufig-doch gründlichen Bericht vom Adel in Teutschland, was es in denen älteren Zeiten mit demselben vor eine Bewandnis gehabt, und gegenwärtig noch habe. - Samt einer kurzen Deduction, von des hohen Reichsgrafen- und Herrenstandes-Würde und Berechtsamen. Franckfurt 1721. 4. Vbi Ill. *Samuel* LVCIVS, Consiliarius dum vivebat Intimus Fuldensis, egregie causam egit, & Iura Comitum eminentia, monimentis fide dignissimis tuitus est. Quae vero Viro, cui multa debeo, Burgemeisterus reponere voluit, ieiuna admodum, & vix digna memoria sunt. Videlicet nec causa, nec eruditione adversariis par Burgemeisterus, aetatem latura dare omnino non potuit. Successores autem eius supra dicti, acrius bellarunt potius, quam felicius. Et haec hactenus

nus, promulsidis quasi loco, iam ad scriptum nostrum.

§. II.

Titulus hujus consilii est: Von der Grafen und Herren Stand, Vrsprung und Anfang, auch Aufnehmen, und hinwieder sonderlich aber ietziger Zeit zugefügten Beschwerungen, und je länger je mehr besorgenden Abnehmen, und wie demselben, vermittelst Göttlicher Hülfe und Beystand, noch etlicher massen wieder zu helfen seyn möchte. 1597. Autorem ignoro, copiam vero debeo Viro fide dignissimo. Et noster profecto, si quisquam alius, Comitum ordini salubria consilia suppeditavit, quae si observasset, haud dubie res horum Procerum, meliore futurae essent loco. Quae a p. 1. usque ad 8. autor de origine suppeditat, ficulnea sane sunt, & rationibus temporum consona. TACITI *Principes* in aureo de Germania libello c. 12. haud dubie ii sunt, qui postea, inferiore aevo Comitum nomine, ex Romanis moribus huc tracto notati, *Iura per pagos vicosne reddiderunt*. Ii vero, quos ille *Comites* vocat, quique a la-

a latere Principum ex plebe erant, non officii nomine, ſed ſervitii indicandi cauſa, Tacito Comites dicuntur, Germanice *Geſellen*, medii aevi nomine Latino, *Pares*, quos etiam exprimunt voces Germanicae *Genoſſen* & *Mannen*. Conf. *Prodrom. noſter* Iur. feud. p. 42. Facile vero fuit, hos Principes i. e. primos ſive Iudices Pagenſes, cum Comitibus Romanis apud Francos aut confundere aut componere, cum iam apud illos Comites civitates pagosve regerent, adeoque Senioribus pagenſibus Germanis, haec appellatio diſplicere non poſſet. Conf. Ill. KOPPIVS cit. Tr. p. 7. ſq. DITMAR. in Tacit. l. c. CONRING. de orig. Iur. Germ. c. 7. p. 29. Cl. PISTORIVS P. I. Von denen Grafen §. 2. *Anton.* MATTH. de Nobil. c. 9. p. 38. ſq. Qui Tacito Comites, Principumve *conſilium & autoritas*, hi ſequioribus temporibus Scabini, Rachinburgii ſive *Rathburger*, & aliis etiam nominibus dicti. WENDELIN. Gloſſ. in Rachinburgius. MATTH. l. c. p. 39. & DV CANGE Gloſſ. h. voce. Haeſit vero Comitibus Principum elogium etiam diu poſt, & per totum illud tempus,

pus, quo Principes nondum in peculiarem ordinem abierant. Omnes profecto, qui in numero ordinum post Episcopos & Duces comparebant, Principes olim dicti, ita tamen, vt & illi comprehenderentur. Imo nomen Principis, Ducis nomine olim maius, donec inferius aevum, illud ad omnes eos transferret, qui iuxta hodiernam loquendi formam, *Status* sunt, civitatibus exceptis. DV CANGE loco cit. Tum vero Ducis nomen inter seculares maximum habitum, quod statim sequebatur Comes aut Baro, uti tantum officio non nascendi sorte discreti, ita in eadem collocati classe. Erant Comites, qui Ducem supra se habebant; erant Barones pari sorte censiti; sed erant etiam Comites pariter ac Barones, soli Regi subiecti, & nullius alterius potestati subditi. GREGOR. TVRON. L. IV. c. 4. Histor. Francor. his verbis: *Nam semper Britanni sub Francorum potestate post obitum Regis Clodovei fuerant, & Comites non Reges appellati sunt.* FREDEGAR. Hist. c. 78. Add. B. GVNDLING de Henrico Aucupe §. 36. *Anton.* MATTH. L. I. de nobilit. p. 32. sq. Ill. ESTOR. de minister. p. 632.

199.

ſqq. ALTESERRA ad Gregor Turon. p. 387. ſq. Quin Ducibus interdum pares aut maiores. SYNOD. CABILL. 2. c. 20. Vnde etiam a WALAFRIDO STRABONE, de reb. Eccleſ. c. 31. Duces & Comites, in eodem ordine collocantur, quod etiam aliis in regnis ita obtinuit. SELDEN. de tit. honor. c. 1. §. 23. De Baronibus vero nemini niſi Regi ſubiectis, inprimis exemplum Guelphorum conſiderandum, de quibus MONACHVS WEINGARTENSIS p. 781. Tom. I. Leibnitiani hunc in modum: *Igitur potiti terra & habitatione cuncta, confortati noſtri vires ſuas vltra protendere, & in diverſis provinciis, praedia & dignitates ſibi accumulare coeperunt. Vnde & in tantum ditati ſunt divitiis & honoribus, Regibus praeſtantiores, ipſi quoque Romano Imperatori homagium facere recuſabant, & propriis viribus confiſi, omnes terminos ſuos per ſe, magna induſtria & fortitudine defendebant. Domum quoque ſuam regio more ordinabant, ut ita quaeque officia in eis, id eſt, miniſteria Dapiferi, Pincernae, Marſchalci, Camerarii, Signiferi, per Comites vel eis aequipollentes regerentur.* &c. Neque vero hoc mirum; Idem enim & mul-

to maiora in Comitibus Iuliacenſibus, Hollandiae, praeſertim vero Wurtembergicis, videre licet. Hi enim principibus pares aut ſuperiores, atque & ante quam Ducatum adipiſcerentur, vel novem Comitum miniſterio, & titulis iisdem quibus Duces, gauiſi. LINTVRIVS in Append. ad Werner. Rolevinck. ad an. 1495. TRITHEM. Chron. Hirſaug. eod. NAVCLERVS fol. 986. ſq. MVLLERI Reichstags Theatr. ſub Maximil. p. 541. ſqq. Vnde recte AENEAS SYLVIVS in dicta & facta Alphonſi L. 2. §. 9. dixit: *Comites de Wirtembergo apud Germanos iu Suevia late dominantur, quamvis Principatus honore & appellatione careant, potentia tamen multos Principes antecedunt.*

§. III.

Profecto ſemper diſtinctio aliqua fuit inter Comites maiores & minores. Cl. D. BERNHARD Antiq. Wetterav. p. 124. ſq. PITHOEVS de Palatinis Campaniae p. 4. FREHER Orig. Palat. P. I. c. 1. ſeq. & c. V. HERRGOTT Geneal. Habsb. Diſſ. Praelim. VI. §. 4. Non minus tamen omnes e Principum numero

BER-

BERTHOLD. Conſtant. ad an. 1086. 1093. 1094. LE FEBVRE de l'origine de fiefs L. II. c. 5. p. 126. ſqq. Ducibus etiam non ſubiecti Comites, niſi quantum ad militiam, id quod multum a ſubiectione territoriali, quam vocant, differt. Comparuerunt etiam ideo in Comitiis Provincialibus, de bello deliberandi cauſa, non ſubiectionis ergo. Nec a ducibus iudicati Comites, ſed a miſſis regiis, vel poſtea a Rege ipſo, licet in prouincia commorarentur. DE PISTORIVS p. 2. cap. 4. p. 245. ſqq. HAHN Reichshiſt. p. 135. p. 137. not. Part. I. LE FEBVRE l. c. p. 123. & 129. Conſtitutio FRIDERICI II. Corp. Iur. Feud. p. 563. & RVDOLPHI ac ALBERTI l. p. 573. verb. *an Fürſten und an Hochleut*, Primores ſive Capitaneos, quo ipſo Comites indigitantur. Nec diſtinguitur hic inter Comites in Ducatibus ac extra Ducatus. Omnes profecto admiſſi ad Comitia Imperii, omnes illic auditi, nec deliberatio de bello in Comitiis Provincialibus vllatenus obfuit. Deliberabant adhaec plerumque tanquam Subvaſalli cum Domino ſuo immediato. Id genus vero deli-

beratio Vasallitica, sive militaris tantum, licet etiam civilia per accidens illic tractarentur, subiectionem, per notas Iuris Regulas, vasallum subditum non esse, haud involvit. Quin multi etiam Comites, Abbates, villae Imperii, & alii status ac membra, olim patriae meae felici Francovado additi fuerunt, & sub signo Imperii, civitati privilegio concesso, simul militarunt, qui etiam a civitate vocati, cum ea deliberarunt, postea sub eius signis convenerunt. Quis vero inde subiectionem esset eliciturus? Vt haec quae asserui, non dicam tantum, sed etiam probem, adduco chartas anecdotas, ex quibus constat, Monasteria, Tron mit 2. Pferden und einem Knecht, Engelthal mit 2. Wagenferden und einem Knecht, Arnsberg, Erbach, Hayne, Peters, Padenhausen, 1451. Francofurtum ex more fuisse invitata, quo expeditioni vltra montes suscipiendae, ex more, sub vexillo Francofurtensi adessent, sed postea civitatem, cum expeditio differetur, iis dilationem denunciasse. Scio, duo priora tum paupertatis exceptionem obiecisse, reliqua parata quidem, sed morae paululum poposcisse, neminem

vero

vero recusasse. Causati quidem ii, qui sub Comitatu montis Bornheimensis vivebant, tum dissidia propter iudicium provinciale enata, quod charta hic subiecta (*) docet; sed Sigismundus immori-

 geros,

(*) *Den erbern* Zentgreven Schultheis Scheffene und Gemeynde zu Brungisheim *entbiten Wir der Rad zu Franckefurt unsern fruntlichen Grus zuvor guten Frunde* als ir uns von des Dinstes vvegen unserm allergnedigisten liebsten Heren dem Romischen Konige zu seiner Keiserlichen Cronunge zu tunde vvidder geschriben hat *berurende wie unserthalben das Gericht uf bornheimerberge niddergelasht sulle sin darumb ir uns dartzu nit hatt mogen antworten &c. han wir verstanden und nimpt uns solich uwer schriben damidde behelffe darwidder zu scheppen etwas fremde und vernemen daby wol das ir der Sashen als sie in ir selbs gestalt und Gelegenheit han nit underwyset syt dann ir und menlich sullet unser wolmacht han wan man das Gerichte halden wil als von alder das unser oberster richter von des heiligen richs und unsern wegen daby sitzen und getruwelich darzu helffen sal desglich wir mit allem flysse auch gerne tun wolden So man aber daran understet Nuwunge zu suchen des edeln unsers Herren von Hanauwe Lehenschafft* ver-

geros, veterem consuetudinem sequi iussit. Quin charta itidem addita indicio erit, Carolo IV. imperante, multos Principes, Comites, Dominos & civitates, Francofurti additos esse, (**) sine tamen vlla

vorzubrengen und des heiligen Reichs Clerunge desgleich nit zuzulassen so verstet ir wol nachdem wir dem heiligen Riche gewand sin das unserm Richter von unsern wegen nit dogelich oder geburlich were darby zu sitzen Geben under unser Stede Insiegel uf Sant Katherinen der heiligen Jungfrauwen tag anno Domini millesimo quadringesimo quinquagesimo primo.

(**) *Karl von Gots Gnaden Romischer Keiser ze allen zeiten merer des Reichs, und Künig ze Beheim.*

Lieben getruwen, want die von Wirtemberg die Unser Lantfogte in Schwaben waren, und uns und dem heiligen Reich mit eyden und gelübden verbunden und pflichtig sint, uns ny versichern wollen, mit yren Briefen, das sy wider uns und das reich kein schedlich puntnuzz getan hetten, allein wir des offt und dicke an sie begert haben, und mit guten Boten und Keiserlichen Briefen werben lazzen, dannoch kund uns das von yn ny geschehen, dorumb, und um vil ander Sachen, die sye wider

ſubiectionis nota. Quis enim ſano ſincipite gaudens, ideo cunctos hos Sta-

wider Uns, und das reich, haben getan, So meynen Wir und wollen, durch ere und notdurfft, des heiligen reichs uff ſie ze ziehen, und ſie doruber ſtraffen, andern des reichs ungehorſamen und widerſazzen zu vorchten und ze pilde, und bitten und manen uwer truwe von des reichs wegen mit ganzem fleizz als ir des dem Reich pflichtig ſeit, das ir durch unſern willen, uns ze ſolchen eren und notturfften des heiligen Reichs ze hilff und ze dienſt komet, mit dem Vierteil alles des Volkes, das ir vermoget, *gereit, und gewapend, als ir dem reich vormals gewont habt, und ſchuldig ſeit ze dienen, alſo das dieſelben, uff das letſte, vierzehen tag, nach Sant Jacobs tag, der ſchireſt kumpt, nichtes ze ſaumen, mit* Furſten, Grafen, Herren und Steten, *den wir dann bey euch ze komen beſcheiden haben euch erhebet, nachdem als euch der hochgeborn* Ruprecht *der elter Pfaltzgrafe bey Rein, des heiligen Reichs obriſter truchſezze und herzog in Beyern, unſer lieber ſwager und fürſte ze wizzen tut, als ir wollet, uns und dem Reich furder Hilffe, Liebe dienſt und truwe weyſen, und dorumb hülffe und rat hinwider in uwern Notdurfften vinden. Geben zu* Nuremberg

Francofurto ſubdere auſit? Id vero ſi facto abſurdum videtur, nemo non ſimul percipit, ea omnia quae Comites olim in provinciis Ducibus praeſtiterunt, nihil ad ſuperioritatem, quam Territorialem vocant, attinere, quippe quae, recentionibus demum debetur temporibus. Confer. PALIGNES. l. c. p. 359. ſq.

§. IV.

Adeo vero Comites reliquis Principibus i. e. Ducibus olim aequales, vt plane haud ſecus ac ipſi, Symbolo vexilli inveſtirentur, vt eundem ordinem tenerent, vt plane omnium dignitatum, quarum ipſi Duces, capaces eſſent. Marchio ſane Brandenburgicus, & Comes Palatinus inter Electores cenſeri meruere, haud ſecus ac Dux, Saxoniae. Comites Palatini, Landgravii, Burggravii, Marchiones, potentia eminentes, hodieque Ducibus non poſthabentur, imo in Comitiis ſaepiuscule alternas

under unſerm cleinen Inſigel mit dem widerſehenden Adeler am nechſten Dinſtage vor Sant Margrethen tag unſer reiche in dem vierzehenden und des keiſertums in dem ſechſten Jare.

ternas ſedes occupant. Et tamen hi omnes e Comitum ſunt ôrdine, GVILLIMANN Helvet. II. 10. 5 OBRECHT Prodromus p. 46. ſqq. 260. & 287. ſqq. Dn. AYRMANN Heſſ. Hiſt. p. 146. ſqq. HVND Bayer. Stambuch P. 2. p. 1. SCHILTER Gloſſ. voce *Alſaz.* DV CANGE Gloss. voce *Lantgravius* & *Comes* GOLDAST Script. Alemann. T. 2. P. I. p. 7. T. I. p. 177. REINHARD Antiq. Marchion. Thuring. p. 11. PFEFFINGER. Vitriar. Illuſtr. p. 585. ſqq. B. STVBNER de Burggrav. Norimb. Diſſ. I. ab init. Scio equidem aliquos eorum, ſibi Principum axioma, ſpeciali Privilegio conferri paſſos eſſe, vti de Haſſia noſtra id conſtat; Conf. Celeb. ESTOR Orig. Iuris Publ. Haſſ. §. XLI. & Clar. Collega AYRMANN Hiſt. Haſſ. p. 250. ſq. Verum enim vero, poſt interregnum iam ea tempora coeperant, ubi peculiaris ordo Principum ſtabilitus, quem etiam ſequens aevum probavit, ab ordine Comitum, Baronum, ac Abbatum ſimplicium ſegrex. Servans hujus ſtyli eſt Conſtitutio Rudolfi I. in *Corpore* J. F. p. 576. not. ſervantia etiam reliqua ſequiora monimenta, in-

 primis

primis AVREA BVLLA Prooem. in fine & cap. 1. §. 2. ſqq. nec non alibi paſſim. Quin SPECVLVM SAXONICVM P. I. art. 3. & SPEC. SVEV. c. 7. edit. Berger. circa idem tempus conſcripta, ideo Principes ſeculares ad tertium, Comites vero ad quartum ordinem militiae, *zum vierten Heerſchild* referunt. Inde usque ergo ſeparatus Principum ordo, vnde magno ſuo malo, non quidem penitus, excluſi tamen certo modo Comites. In quo vero Principum ordinis praerogativae olim quaerendae fuerint, dictu ſatis eſt difficile, nec ea placebunt omnibus, quae COCCEIVS Iur Publ. Cap. XV. Sect. I. §. 13. congeſſit, iam notata V. C. PISTORIO von denen Reichsgrafen p. 299. ſqq. neque cunctl ſibi iis ſatisfactum putabunt, quae SCHILTERVS Comment. ad Ius Feud. Alemann. c. XLV. hanc in rem attulit. Diploma Henrici Infantis nil aliud quam hoc ſonat: *Quod idem Landgravius & ſui heredes ſpecialiter & ratione predictarum poſſeſſionum & bonorum pro principibus habeantur & radeant niteribus gaudeantque ſuffragiis honoribus ac privilegiis principatus.* Explicari id poteſt de Iure mili-

militiam ſine Ducum reſpectu Imperio adducendi, celebrandi ubicunque iudicia provincialia, quietem conſervandi in vicinia, praerogativam honoris prae Comitibus omnibus ſibi vindicandi, qui in eo ordine ſubſtiterant, habendi monetam, Ius banni fluviatici & ſylveſtris, cui poteſtas iudicia pro lubitu celebrandi, quaecunque demum ſint, non nullibi additur; Confer. STVMPF Schweiz. Chron. L. V. c. 6. p. 378. ed. vlt. & ORDNVNG des Gerichts ed. Strasburg 1505. pr. Fuit vero differentia Principum a Comitibus, fuere etiam illorum Iura praecipua, ſucceſſu temporis mirum in modum aucta, vt Comitibus ferme antiqui communis ſplendoris nil reſtet, praeter matrimoniorum communionem, conſanguinitatis alicubi memoriam, & ſedem in Collegio Principum. Profecto Landgravius Henricus, omnium quos novimus (de Thuringica enim fabula Ludovici III. in ordinem Principum promoti dicere nil attinet) primus, qui peculiarem Principis dignitatem, a Comitum honore diſtinctam, peteret. Nec antea vlla alia promotio, quam ex Comite aut libero Domino in Du-

Ducem. Ita Auſtriacus Marchio, ita Brunſuicenſis Dominus, (Ducis quidem nomine identidem antea veniens,) in Ducum numerum ante Interregnum relati, ita poſt illud Wurtembergicus Comes, Mediolanenſis Vicarius, Megapoleos Dominus, Pomeranus, Geldrenſis, Holſatus, Iuliacenſis, Lucemburgicus, Clivenſis, & plures alii, Ducis elogium naeti ſunt. Naſſoici contra & Hennebergici, in Principum ſimplicium elogio ſubſtiterunt, quos Anhaltini ſecuti, poſtmodum vero plures imitati. Si hariolari datur, ante Auream Bullam, Ducem eſſe plus involvebat atque poſtea, ubi Principis vocis uſus rarior, & tantum pro Principibus Comitibus, *gefürſteten Grafen* vſurpatus, non ideo tamen Ducibus dignitate cedentibus, vti id effectus demonſtravit. Nullo enim e. g. Hennebergici vel Anhaltini, Duce Iuliaci inferiores fuere; praeplacuit tamen non nullis, ſecretis ex rationibus, vel poſtea, Ducis titulo ſuperbire. Ita Wurtembergici Comites, repetitis precibus, Ducis titulos, Maximiliano I. extorſerunt potius, quam a volente eos obtinuerunt. Iuvat hanc in rem audire SPIGELIVM in ſcholiis

liis ad dicta & facta Alphonsi p. 259. edit. Chytraei, ita differentem: *Sueuiae appellationem seu titulum (Dux Wurtembergae) vt vulgo dici solet, magno quidem opere studioque & ambierat & optaverat, sed quod provincia vni soli non pareret, vt quae quidem ad multorum Principum, Comitum, Baronum, civitatumque Imperii ditionem pervenisset, ac inclyta denique Austriaca familia se sueviae principem, quod Diplomatis satis constabat, referret, illustre alioqui nomen originis suae nobilissimae, ad ducalem appellationem sublimitatemque extulit. Fuere tunc in magnis viris, quod multis postea annis, ore Caesaris Maximiliani excepimus, qui nomen, diguitatem, autoritatemque adauctam minime voluissent. Eos namque haud latebat, quo consilio ac respectu cordatissimus Vir maluit in Ducibus postremo esse loco, quam Comitum in ordine cum primis censeri.* Postremus tamen hic Ducum, nihilominus Landgravio Hassiae, Marchioni Badensi, & Duci Megapolitano, Ius prioris sedis dubium reddere voluit 1495. donec tandem res composita. MVLLER Rtags Theatr. unter Maximil. I. p. 547. sq. Eadem ergo post Auream Bullam, Ducum Principumve dignitas,

ita

ita tamen, vt illi, veterem praerogativae (quam vocant) memoriam, ante Seculum XVII. non plane deponerent. Hodie cuncta tranquilla ac tuta.

§. V.

Latius deduxit me haecce Promulsis, atque ab initio putassem. p. 9. & 10. Autor noster refert, multos Comitum inter Imperatores recenseri. Neque id adeo mirum. Omnis enim Imperii capax, qui ad superiorem nobilitatem spectat, cuius finis Comes vel Baro. SPEC. ALEMANN. c. XXIII. ed. Gold. ap. *Berger.* p. 163. in altero MSt. meor. C. V. & eiusdem originis etiam Imperatricem voluit aevum medium. Quamprimum autem quis Rex factus, sive Princeps, sive Comes esset originetenus, quia omnes praecellebat, de prioribus non amplius habebatur quaestio. Et hoc volunt verba: *alz der cunik erwelt wirt, von welchem Land er dan geborn ist das recht hat er verloren, und sol haben Frenkischeu Recht, und von welcher gepurt er geporn ist das recht hat er auch verlorn.* Omnes autem ferme familiae regnatrices in regno Germaniae, ex Comitibus.

tibus. Familia profecto Carolingica, Comitibus originem suam debuit, Saxonica Liberis Dominis, Francia viro egregiae libertatis Cunrado, castri stouph in Francia, quod postea Bolandiorum fuit, Domino. Nec alio modo cum Suevica comparatum. Imo Hermannus, Henricus, Wilhelmus Anti Caesares, Richardus Regis filius, ipse vero Comes, Rudolfus Habspurgicus, Adolphus Nassoicus, Henricus Lucemburgicus, non alium agnovere ordinem. Comitum vero gentes per nuptias olim profecisse, quod p. 13. differitur, tam certum est, quam quod certissimum. Non aliunde profecto, bona Comitum ab initio augmentum cepere. Eo pacto primo plures Comitatus, plura comitum & Dominorum territoria combinata. Imo multi ita in immensum excreverunt. Sola gens Illustrissima Rhingravica, cuius Historia mihi notissima est, bona Wildgravica primum, duplici intercedente matrimonio, inde partem Vinstingensium, bona Comitum Salmensium Senioris lineae, spem in Novum Castrum, partem bonorum Limpurgicorum ad Lanum, & forte alia matrimonio quaesivit.

Et quid mirum? In aevo enim medio, usque ad Seculum XV. bona Statuum Imperii immobilia, ejusdem ferme naturae, ac alia privatorum id genus aeſtimabantur, quae tamen haereſis poſtmodum deſiit & gentis ſplendor, conſervatione bonorum in agnatione, magis curatus eſt.

§. VI.

Neque ego vero ad p. 14. autori noſtro vitio verterim, ſi ille *votorum Curiatorum* originem non ſatis expediit. Seculi vitium hoc eſt, minime ſcriptoris, alias ſatis diligentis. Ottonem III. is agnovit Collegii electoralis conditorem; vnus e multis, nemo enim ferme, contra hancce ſententiam, anno quo ſcripſit, hiſcere audebat. Inde vero prona ad aliam aſſertionem via, etiam hunc tria Collegia ſeiunxiſſe. Si enim ſegreges voluerat Electores, civitates vero iam ab omni aevo fuerant ſeparatae, vix amplius de tribus collegiis dubitabis. Poterat profecto ex Archiviis Comitum & Hiſtoria noſter certiora noſſe; ſed qui tum cuiquam placuiſſet, antiquas volutare chartas, aut ad patriae obſolet recurrere geſta! Feliciter dubietati noſtro aevo ſubvenit

venit Illuſtris KOPPIVS, in dem Diſcurs von denen Reichsgräflichen votis curiatis vnd deren Vrſprung, aus bewehrten Scriptoribus, und beglaubten Archivaliſchen Vrkunden, quod opuſculum in nova Editione, tractatum de inſigni differentia Comitum & Nobilium ſequitur. Conſtat vero iam huius induſtria, olim quibuslibet Comitibus, in Senatu Imperii, ſua vota fuiſſe *virilia*, poſtmodum ſenſim ſenſimque eo rem deductam, vt hodie quatuor votis curiatis gaudeant. Confer. Ill. LVDEWIG ad A. Bull. P. I. p. 44. ſq. Addenda vtique erunt nonnulla, quae ego fortaſſis primus obſervavi. Antiquitus ad Comitia vocati plures, atque hodie vocari aſſolent, & omnes illi, qui Imperio absque medio ſuberant, modo ex ſuperiore eſſent nobilitate aut civitates, aut vero, ſi ſimplicium nobilium in ordine ſubſiſterent, in ſocietates coiiſſent. Omnes vero ſocietates etiam ſimplicium id genus nobilium, a. 1516. & 1520. fuiſſe invitatas, chartae ſub *literis A. B. C. D.* infra adiectae docent. Singulis tum ſua vota; pro ſtylo, pro more. Imo, quod ex his chartis itidem patet, in Comitiis comparere aliqui recuſabant, tum

ſumtuum vitandorum, tum etiam contributionum Imperii cauſa. Sumtus immenſi vero & ipſos Comites deterruerunt, quo minus omnes ac ſinguli comparerent. Saepe duo eorum nomine ablegati, vti id L. Weſterburgio Reinhardo & Georgio Comiti Wertheimenſi a. 1520. contigit, qui ſub formula: *Von wegen unſer und aller andern Graven und Herren* ſubſcripſerunt. Et plerumque poſtea duo comparuerunt, nomine Collegii Wetteravici & Suevici, unde deinceps, cum ſinguli admitti amplius nollent, Collegialia & Curiata Vota, ex concluſo Collegii Principum 1570, egregie notante Dn. KOPPIO l. c. §. 17. nata ſunt. Imo aliquando tantum de vnico voto curiato Comitibus concedendo deliberatum, donec tandem recentioribus temporibus, aegre quatuor obtenta. Ipſi haud dubie Comites, quodammodo culpam horum votorum virilium amiſſorum, ſibi imputare neceſſum habent, ſemper rerum ſuarum non ſatis curioſi. Et omnino plura mala eſſent ſecuta, ni *Iohannes* MEICHSNERVS, eorum ad Comitia 1566. legatus ſedulo monuiſſet: *Meinen gnädigen Herren den Wetterauiſchen Graven* anzu-

anzuzeigenn, daſs auf ieztgehaltenem Reychstage faſt viel unterſchiedlicher Räthe und ausſchüſſe ſeind gemacht und verordnet worden, derhalben künfftiglich wol von nöten ſein wolte, mehr Perſonen uf die Reichstage zu verordnen, die von wegen der Graven ſolchen ausſchüſſenn und unterſchiedlichen Berathſchlagungen beiwohnen konten, Inn anſehen daſs den Graven nit wenig hieran gel:gen. So iſt mir auch offentlich fürgeworffen wordenn. Die Graven wollen bey allen Sachen ſein, und verordnen doch nit leute, die bei allen Berathſchlagungen ſein mögen. Da mann nun einmal davon pleibt, gipt ſolches hernachmals den Graven nicht ein geringes preiudicium.

§. VII.

Comites profecto poſt uniones, ab ipſo Imperatore, fere tanquam vnum corpus conſiderati, imo non nunquam Seculo XVI. ſalvis tamen maioris nobilitatis indiciis, cum inferiori Nobilitate quodammodo coniuncti. Ita 1523. libellus impreſſus ſub titulo: *Dieſe der Graven, Herren, gemayner ritterſchafft: und anderer beſchwerden: ſein Kayſerlicher Maieſtat Stathalter: und den Reichſtenden, ſo in dem 23. Iar zu*

Nürnberg versamelt gewest: überantwort worden. Ita 1546. Carolus V. Wilhelmo Comiti de Nassau, nec non Iohanni Hilchen zum Lorch & Iohanni de Sickingen iniunxit, *dass sie die Graven, Herren, Ritterschaft und den Adel, des Gezircks am Rheinstrom vud Westerwald - beschreiben und erfodern sollen,* qui etiam 1546. 15. Iunii, vocati Moguntiae comparuerunt, ubi in prima Classe *Graven und Herren*, vna cum iis subiunctis Equitibus collocati, in secunda vero promiscua nobilitas censa. Vide *Caspari* LERCHII scriptum rarissimum: *Bedenken, ob des heil. Römischen Reichs freyer ohnmittelbarer ritterlicher Adel, ein Stand des Reichs seye?* p. 19. & 22. Reliqui tum eodem modo vocati, & tandem eorum commune responsum, praevia communicatione, Imperatori exhibitum. Facili vero negotio, hoc modo ad vnicum votum potuissent redigi, praeprimis quia tum Principes, Comitum ordini inprimis graves fuere. p. 14. & 15. ostenditur, quomodo antiqua duo curiata vota coeperint, vnde suppleri poterunt KOPPIANA §. 14. p. 613. praeprimis dum autor noster indicat, praeter haecce duo vota, nul-

lum

lum ſingulare, etiam praeſentis alicujus & ſubſcribentis Comitis, amplius fuiſſe toleratum.

§. VIII.

De Viſitationibus ordinariis Cameralibus agit p. 21. ubi eas *Autoris* tempore adhuc viguiſſe, differitur. Traditur equidem in REC. IMP. NOV. §. 132. Viſitationes ordinarias ab anno 1582. ceſſaſſe, ſed dubitat de anno RODINGIVS tit. 61. p. 1009. Recte vero autor diſtinguit inter viſitationes & reviſiones, cum vtique ſint diverſa. O. C. P. I. tit. 50. & P. III. tit. 53. Adde infra p. 70. ſq. vbi autor denuo in reviſionibus occupatur. p. 24. de appellationibus autor diſceptat. Neque vero hodie ita faciles ſunt Comites ac olim, ſed provocationem a ſuis Cancellariis ad ſe fieri debere, pôtius contendunt; repugnantibus quamvis huc usque, iudiciis Imperii. p. 37. De Iure conducendi ſermo ſeritur. Nihil vero eſt, quod magis in alieno vt ſervitus deberi queat. ENGELBRECHT de ſervit. Iur. Publ. p. 127. ſqq. 312. ſqq. Egere de eo *Thomas* MAVLIVS & ORTHIVS integris Tractatibus. Sane Ius conducendi Haſſiacum, per totam

tam Wetteraviam antiquissimum est, de quo hunc in modum REINKINGIVS de Regim. Sec. & Eccl. L. I. cl. V. C. 4. n. 238. fatur: *Sic Hassiae Landgravii Ius conducendi habent per Wetteraviam, non attento, quod ad Electorem Moguntinum, Comites Solmenses, Hanauienses, Ysenburgicos aut alios, districtus & superioritas territorialis pertineat, item per ipsam civitatem Imperialem Fridbergensem & in ea, nec non etiam in civitate Imperiali Wetzflariensi. Theodorus* DIETERICVS vero Consiliarius Hassiacus ad A. B. Tit. I. not. p. 18. *Principes Hassiae*, inquit, (Ius conducendi habent) *per Wetzflariam, Fridbergam, districtum item Huttenbrigicum & per tractum Wetteraviae usque ad speculam Francofurdanam bis an die Frankfurter Warte.* Conf. WEBER. de I. P. S. R. I. non scripto §. 25. & alii passim, citati ab Ill. ESTORE Iur. Publ. Hass. P. 2. p. 69. Antiquissimum esse Ius hoc conducendi Hassiacum per terras supra dictas, testatur A. BVLLA. C. I. §. 11. ubi inter Coloniensis conductores Landgravius Hassiae refertur, nullo modo, pro terrarum Hassiacarum eius temporis situ eo pertinens, nisi hanc dispositionem, de Iure conducen-

ducendi per Wetteraviam capias, & verba *extra* territorium, quam longiſſime poterit, etiam eo applices. In chartis antiquis *Ducatus* audit, quod iam notavit HERTIVS de Super. Territ. §. 22. nec non CANGIVS Gloſſ. h. voce. & inde in Diplomate Friderici 2. pro Leuchtembergiis 1237. apud HVND Bayer. Stamm-Buch P. 2. p. 2. *ducatus curruumque diſtrictus* conceditur. Conf. SYLV. ad dicta & facta Alphonſi p. 244.

§. IX.

Ad immunitatem Comitum a teloneis quod attinet, p. quidem 38. de ea ample diſſeritur, ſed ita, ut fons non tangatur. In Legibus certe Germanicis IVR. PROV. ALEM. c. 254. §. 4. apud *Goldaſtum* dicitur: *Pfaffen und Ritter, und alles is Gut, ihr Geſind, die ſollen zollfrey ſeiu*, quam etiam diſpoſitionem IVRA SAXONVM ſequuntur, Landr. L. 2. art. 27. cum *gloſſa.* Et certo certius eſt, olim vectigalia, Germanis non indigena, ſed ex Gallia & Romanis moribus traducta, tantum ad mercaturam pertinuiſſe, cum ſemper de mercatura loquantur Scriptores Legesve.

 Vide

Vide SPECVLA locis cit. HAHNII Obſerv. Iur. Publ. p. 22. WETTERMANN Anal. Haſſ. P. 2. p. 395. GLAFEY Anecdot. T. I. p. 70. p. 253. 398. 463. 481. BERNHARD Ant. Wetter. p. 291. Cum vero Nobilitas ſuperior & inferior mercaturam non faceret, omnino ad eam nihil, hoc mercimoniorum onus. Praeclare hunc locum illuſtrant Diſſertationes binae V. C. ENGELBRECHT Profeſſoris Gryphiswaldenſis, quarum altera fundamentum immunitatis, altera ipſam immunitatem rerum principum illuſtrat. Neque vero nihil eſt, quod moneri poſſet circa tradita B. PerIlluſtris LVDOLFFI Obſ. 229. P. 2. p. m. 678. ſqq. hoc fundamine praeſtructo. Caſus erat talis: Gaviſa fuerat gens quaedam Comitum Imperii ſplendidiſſima, immunitate a teloneis per longum tempus, & ab omni memoria, in Electoratu quodam Eccleſiaſtico. Non negabant Electorales ipſam immunitatem, ſed a Comite Electorem ſemper per litteras ἀντογράφυς implorari ſingulis vicibus debere, pro immunitate concedenda, contendebant, cum contra teſtimonium praefecturae, vnde res profectae, aut miniſtri curribus additi teſti-

teſtimonium ſufficere, ferret antiquitas. Nil impetrantes electorales, currus res comitum vehentes teloneo ſubiiciunt, eo non exhibito, certum numerum pignoris loco detinent, reliquis abire permiſſis. Res defertur ad Cameram, & ad modum illic deſcriptum, ſupplicae petitumve formantur, Iuris communis diſpoſitione ſimul adducta. Denegatur petitum Mandatum, addita appendice, de Electoratu illo in ſpecie immunitatem probari debere. Satisfecit Procurator Comitis Decreto, ſicque mandatum S. C. impetravit. Me vero iudice, etiam ſine decreto praeambulo, ſine probatione ſpeciali, Mandatum erat dandum, cum hactenus Iuri communi, obſervantiaeque antiquiſſimae, ſpeculis probatae, inniti detur. Nunquam profecto, ab omni memoria, Principi, Comiti, aut militāri Viro, privilegia de immunitate a teloneis conceduntur; mercatoribus ſane, civitatibus, mercimoniorum copia florentibus. PFEFFINGER Vitriar. Illuſtr. Lib. 3. tit. 4. p. 486. ſqq. Non vero defuturum erat & aliis, ſi eius aliqua commoditas. Satis enim hactenus Caeſares liberales. Et Ius commune hoc quodammo-

do agnoſcunt CAP. Ferd. 2. art. 18. Ferd. 3. art. 21. Leopoldi I. art. 20, 41. Legi etiam poterit REINHARD Gr. v. Solms von Vrſprung des Adels Tomo 2. *Burgemeiſteri* Bibl. Equeſtr. p. 369. *Caſp.* VON LERCH Adels Praerogat. p. 320. ſqq. VON LERSNER Frankf. Chron. P. 2. p. 207. 244. 279. 657. ubi huius immunitatis Exempla. Et integrum conſilium *Iohannis* WVRMSERI, an Principes, Comites & Barones immunitatem a vectigalibus habeant? apud LVNIG Theſaur. Iur. derer Grafen und Herren, p. 763. ſq. legitur.

§. X.

Id ſcio, eo aevo, quo Ius Romanum cuncta obſederat, & Iura patriae, obſervantiaeve inprimis, ab omni aevo traductus valor ignorabantur, non ſatis rem tetigiſſe eos, qui pro rebus Comitum calamum arripiebant. Provocabant enim plerumque ad privilegium quoddam Imperiale, quo Comitum ordini exemtio a teloneis ſit conceſſa, eiusque nec viſi, nec lecti nec auditi confirmationem petere, *Iohanni* MEICHSNERO Legato ſuo, CIↃIↃLXVI. in

in commiſſis dederant. Quid vero reſponderit Summus Iuris Conſultus, excerptum hic *Lit. E.* ſubiectum amplius enarrabit. Et omnino contraria obſervantia, quam ipſi Comites non nullibi, teſte Meichsnero agnoſcunt, valitura erat etiam adverſus privilegium, ſicubi fuiſſet. Imo haec antiquiori etiam obſervantiae contrariae, ſi legitime introducta, deliquium creat. Semper ergo attendendum primo ad generalem de immunitate regulam, quam ego quidem certiſſimam exiſtimo, probata vero obſervantia recentiore contraria, pro hac, ſecundum communia Iuris, omnino calculus ferendus. Inde vero eſt, ut in charta anni CIↃ CCCCLXVIII. hic ſubiecta, (*) Philippus Comes Cattime-

(*) *Meinen fruntlichen Dinſt vnd allez gut zuuor wolgebornen lieben Neuen vnd gevater Ich han vch hie vor geſchrieben* vvie daz uvver Zolner zu Gyſenheim von miner profande. vnd anders Zollen heyſchen. vnd Intrag vnderſtet zu thun dez doch mine furaltern vnd ich byſhere herlaiſsin vnd von dem Helgin Riche von langen Iaren her an allen Zollen am Rin gefreyhet ſin, *vnd han vch*

melibocensis & Deciae, ad observantiam omnis aevi, antiquam pariter ac recentiorem provocet, cum a Rhingraviis, immunitati satisfieri contendit. Et haec sane observantia est, quae cuncta hic decidit. Ius enim Romanum incongrue huc advocatur, teloneorum quidem Iura, vt patriae olim peregrina, in Germania regens, sed

vch gebeten uweren Zolner zu schriben vnd zu heyschen solichs gein mich abeszustellen Also hat der genant uvver Zolner, eynen Schyffmann der mir mine profande gefurt hait deshalben zu Binge mit recht gekommert, vnd sollen darvmb vff fritag nechst kumpt daselbst dar vmb am Gericht dedingen als mir furbracht wurde, Bitten ich vch noch recht fruntlichen vnd dinstlichen uweren Zolner zu schriben vnd zu heißen solichs gein mich abezustellen. Vnd ob die minen deshalb eynichen spruch getan hetten ledig zu sagen. vnd mir, solichen Heyß Brieff an uwern Zolner vorgenant schicken wil ich zu der Billichkeyt In allem guden mit willen vmb vch verdienen, vnd bitten das uwer, gutliche beschriben antwurt. Datum Rinfels vff sant Gallen tag. Anno LXVIII.

Philips *Graue zu Katzenelenbogen vnd zu Dietze.*

ſed ad peculiarem hancce principum & Nobilitatis omnis emunitatem, non adeo faciens. Sed patientia tua, *Lector!* hic abutor, vnde ad KINSCHOT. Reſp. 109. *Henricum* KLOCK de Iure Vectigalium, in Nucleo Iuris Publ. Giſſeno, *Georgium Tobiam* OELHAFEN de Iure vectigalium, Altorfi 1659. 4. *Henrici* LINCK Iura vectigalium ex variis autoribus collecta, Altorfi 1677. c. IV. §. 5. inprimis, AB HOPFFGARTEN Diſſ. de Iure vectigalium in S.R.I. Ienae 1723. & *Georg Frid.* HEZEL de immunitate civitatum Imperialium a vectigalibus in rebus ad vſum proprium publicum pertinentibus. Altorf. 1726. 4. remitto. Dum vero de theloneis usque huc egi, coronidis loco appono veteris *membranae Confluentinae* copiam, quae Seculi XII. minimum eſt, & operibus Ciceronis ſplendiſſimis manu exaratis, in Bibliotheca Academia Erfurtenſi praefigitur, ac ita habet: *Iſtud theloneum debet perſolvi* ad Confluentiam *de hoy venientes debent dare de vnaquaque nave vnum eneum caldarium & 2. baccina. & 2. denariatas vini. Et de Dinant ſimiliter. ſimiliter de Nama. Et omnes naves de Moſa venientes.*

tes. de his predictis locis. & de omnibus interiacentibus. idem vectigal persolvunt. De Leodio vero venientes debent dare 2. caprinas pelles. & 2. baccinia. & 2. denariatas vini. De regno Baldewini venientes debent dare pellem arietis ad coopertorium sellae quod dicitur Hulsdesel. & vnum caseum & 2. denariatas vini. De Antwersa similiter. De Bomolo debent dare vnum caseum & duas denariatas vini. De Herswerde debent dare vnum bonum Salmonem. De Thiele & de omnibus locis compertinentibus venientes. debent dare de vnaquaque nave. 1. bonum salmonem pro honore. & 2. denariatas vini. De Traiecto venientes. de Pascha usque in autumpnum. debent dare. 1. bonum salmonem. Inde usque in Pascha. CXX. allecia pro honore & 2. denariatas vini. De Davandria venientes. ab intrante. XL. usque in Pascha debent dare de singulis navibus CXX. allecia. Inde vsque ad festum Sancte crucis in autumpno XX. anguillas & 2. denariatas vini. De Duisburhc venientes debent dare. tabulam cere. & denariatam vini. De Nuisa similiter. De Dirze venientes debent dare vnum denarium. & vnum denarium vini. De Colonia autem venientes debent dare 4. denarios. &

vnum

vnum denarium vini. in autumpno. Insuper de singulis nauibus vnam tabulam cere & vnam denariatam vini. Similiter de Bunna. Venientes de Mogontia debent dare IIII. denaries & vnam denariatam vini. De Binga. De Lorocha. De Wormatia. & de Spira similiter venientes de Strazborch debent dare VI. denarios & 2. denariatas vini. De Radisbona. & de Werzeburch similiter. De Constantia venientes. debent dare vnum siclum. Similiter de Lurich. venientes de Treveri. debent dare IIII. denarios & 2. denariatas vini. de Meti venientes. debent VIII. denarios & 2. denariatas vini. De Tullio similiter. Judei pro vnoquoque Sclavo empticio. debent. IIII. denarios. similiter de Seumario. Venditores gladiorum decimum gladium. Pro vno accipitre venali IIII. denarios.

§. XI.

Progredior iam ad p. 41. & de Praesentationibus ad Aſſeſſoratus praecipue commendo Illuſtrium Dn. de VLMENSTEIN, KRESSII, & DE MOSER velitationes, ſolidam eruditionem ubique ſpirantes, nec non B. Ill. LVDOLFI libellum

lum Anonymum Colloquiorum inter Modestinum & Pomponium, vbi tota rei facies extricata. p. 45. antiqua illa lis memoratur, quod non nulli Nobilium Landsaſſiatui ſubiectorum, Corpus Equeſtre immediatum ſecuti, Landſaſſiatui nuncium mittere animum induxerint. Wetteravici & Sylvae Septentrionalis nobiles inprimis id tentarunt, vario ſucceſſu, ſub tutamine Caeſaris & Iudicii aulici. Res adhuc indeciſa, interim Statuum cauſa melior. p. 46. inprimis illa controverſia tangenda, quae Comitibus Illuſtriſſimis Wedanis, & aliis quibusdam magno conſtitit. Turbatis Iurium noſtrorum circulis, peregrinis ſubintrantibus, JurisConſultis mores ignorantibus, non niſi Leges, quas ipſi non intelligebant crepantibus, amiſſa eſt vera Iurisdictionis Germanicae Idea, & potentiores ſenſim ſenſimque, ex Iurisdictionibus colonariis denen Hub- Hof-Ding-gerichten, Iurisdictionem ſuperiorem in civilibus & criminalibus, das Landgericht, Zentgericht, Hochgericht, efformarunt. Alias Domino praediorum Emphyteuticorum, non niſi in ipſa praedia, & intuitu ipſorum Iurisdictio competebat; in per-

ſona-

ſonalibus etiam civilibus, eius erat quodammodo in homines proprios cognitio; reliquis omnibus Iurisdictionem Superiorem, & Iudicium Provinciale manentibus. Sed alias de his diſſeram ex inſtituto. Vide interim amicum noſtrum Ill. DE PVFENDORFF, quem honoris cauſa nominamus, egregii Tr. de Iurisdictione Germanica P. 2. Sect. 2. cap. 2. 3. Autor noſter p. 59. Conſilium praebet, quod ſi ſecuti Comites, haud dubie Comitum ſplendor rectius potuiſſet conſervari. Vult nimirum vt filiae Comitum terris praeditae, potius Comitibus quam Principibus elocentur, ne Comitatus, huic ordini ſubtrahantur. Saepe apud Comites, cum id conſilium vix vſum inveniret, deliberatio inſtituta, quo pacto terrae hujusmodi ad Electores aut Principes devolutae, minimum in cataſtro Comitum conſervari poſſint? ſed tamen tandem nihil extricatum. Obſervantia tantum in Collegio Comitum Weſtphalicorum haec viget, vt cuncti ſive Electores ſive Principes, qui bonis Comitum ditati, ratione illorum cataſtro affecti, & membra Collegii maneant, quod

tamen aliis in locis obtineri non aeque potuit.

§. XII.

Deinde p. 65. autor noſter ad Vniones inter Comites conflatas delabitur. Fuere illarum multae, prima omnium hactenus putatur ea, quae 1512. coiit. Haec 1515. innovata, 1520. autem declarationem extenſionemve accepit. Succeſſere vnio 1546. 1565. (ſtatim improbata) & anno 1579. quas Dn. KOPPIVS von denen votis Curiatis §. 12. ſummatim perſtringit, autor noſter vero itidem perſequitur. Eius conſilia vero nomine publico propoſita, eo tendunt, vt nova inſtituatur, quod quidem anno 1602. factum, ſed non eum in modum, vti id quidem noſter optarat. Recentioribus temporibus quid geſtum ſit, quamque in vnione Comitum vniverſali Imperatori offerenda laboratum, cui etiam defunctus Monarcha praevie conſenſum adhibuerat, ſatis ex Actis Publico conſtat. Neque vero res Comitum aliquo modo ſaltem ſtabiles erunt, ante quam arctior vnio, vt inter Nobiles coeat. Sera quidem in fundo providentia, & ſi autorem tum temporis,

poris, cum eius cogitata in chartam coniiciebantur, ſecuti eſſent, longe florentioribus rebus vterentur; ſed vel ſic conſervare liceret quod ſuperat. Alias omnino metuendum eſt, ne tandem peculiaris Comitum ordo, in negotiis Imperii publicis, vix ac ne vix quidem, nomen tueatur ſuum.

§. XIII.

FASCICVLVS II. ſiſtit: *Praeliminar-Vorſtellung, der fundamenten des Furſtl. Hauſes Sachſen, die Sachſen-Lauenburgiſche Succeſſions-Sache betreffend.* Quantum ego quidem ſcio, hoc ſcriptum editum non eſt. Deprehendi illud in ſplendido apparatu librario, Viri Illuſtris ac antiquiſſimae Nobilitatis Dn. VON DER LVHE, Miniſtri Status Arauſionenſis encomio maioris, dignumve iudicavi quod inſeratur, cum gentis Erneſtinae fundamina, ſatis concinne prodat. Nequevero tam multa nobis ſunt in hac cauſa impreſſa, atque in aliis huiusmodi. Et plura typo licet data, lucem fere eo momento quo viderunt, iterum ſpectare deſierunt, in Archiviis condita. Cenſeo heic inprimis magnum in folio opus *Deductio-*

nis Hanoveranae, cuius reliqua omnia praeter titulum impressa sunt. Deprehenditur id rarissime, & certas ob causas, hic Cancellarii HVGONIS labor, tenebris iterum fuit datus. Acquisivit gens Augustissima Hanoverana & hanc, de qua nobis sermo, Praetensionem gentis Saxonicae Ernestinae. Erat vero reliquarum omnium, tantumnon fortissima. Ostentabant Caesaris concessionem in eventum factam, pro gentis Ernestinae Electoribus, nec ea amissa dici poterat, cum Electoratum nullatenus concerneret, aut eius territorium, reliqua vero omnia restituta. Iam vero certum omnino, Lauenburgum esse feudum Imperii, eo titulo a Ducibus Saxoniae olim possessum, qualitatem hancce non contradictam, reliqua vero Iura, etiamsi firmo starent talo, altioris fuisse indaginis. Nec quoad innovationem aliquid omissum, vt expectationis gratia extincta haberi posset. Iam vero simultaneam Investituram, haud dubie summo Iure vrgebat autor, nec eam sibi concessam, probare licebat Principibus Anhaltinis. Supponit etiam eam ipsum Maximiliani I. Diploma, verbis: *und wenn solcher*

vertrag

vertrag dermassen aufgerichtet und geschlossen würde, so sollen vnd wollen wir denselben gnädiglich confirmiren und bestâtigen, und sie zu beiderseits mit dem berührten Fürstenthum vnd Landen, laut des Vertrags, belehnen. p. 122. Neque clarius quid de more Imperii dici posset. Creditum equidem postea, Ius feudale Longobardicum, agnatis sine hac Investitura & absque ullo pacto successionem dare; creditum illud in imperio receptum; vtrumque falso, vt *Meditat.* Tom. III. Med. 3. demonstravi. Etiamsi vero cuncta eum in modum, atque prodebantur, se habuissent, Lauenburgum terra erat Iuris Saxonici, ubi, quicquid etiam de reliquis Imperii feudis fiat, simultanea Investitura, haud dubie necessitatis dicenda. Et fuit res semper eum in modum comparata. Prôvocare iam liceat ad Exemplum Marchiae Brandenburgicae apud Ill. LVDEWIGIVM Reliq. MStorum Tomo XI. p. 641. de anno CIↃ CCCXXXIX. & magni quid fecerit, qui etiam extra Saxoniam, aut de ipso Iure Longobardico contrarium demonstret. Ipsae sane omnium Investiturarum, sive Germanicarum, sive Italicarum litterae, successionem agna-

ticam & cognaticam, ſi deſit ſimultanea Inveſtitura aut pactum excludunt. Semper enim feudum datur, e. g. *Mevio ſeinen Erben und Nachkommen*, quo ipſo omnes a latere venientes, in quaque nova Inveſtitura ſemoti, vnde etiam antiquitus nvnquam ad ſucceſſionem admiſſi, praeſertim cum quodammodo conſenſiſſe ſint cenſendi, dum ſciverunt ita Inveſtituram fieri, & nec contradixerunt, nec etiam ſibi proſpexerunt. TR. noſter von Erblehen §. XL.

§. XIV.

FASCICVLO III. comparet *Iohannis* DE MVTTERSTATT *Chronicon Spirenſe*, quod nos ab antiqua ſatis copia, Domini *Henrici* DE BARCKHAVSEN, Senatoris Francofurtenſis litteris excultiſſimi, cui ideo grates perſolvuntur, deſcripſimus. Non ita exculta eſt usque huc Spirenſis Hiſtoria, vt anecdoton noſtrum ſuperfluum dici poſſit. Novi de Epiſopatu *Wilhelmi* EISENGREINII *Chronicon Spirenſe oder hiſtoriſche Beſchreibung aller Biſchöffe von anfang derer Stammnahmen Leben und Regierung, Dillingen 1564. 8. vermehrt durch Philipp Simon Freyburg 1610.* f. & Latine

tine Dillingae 1566. fol. cuius etiam Chronologia urbis Spirae in 8. prodiisse dicitur. Et ampliora omnino fuissent exspectanda, si B. *Iohanni Friderico* SCHANNAT, cuius viri obitus nunquam sine dolore recordabor, vivere vlterius dedisset Deus O. M. Hunc enim Eminentissimus Spirensis, ad Historiam Spirensem scribendam excitaverat, isque se id effecturum receperat, quod eius sermonibus debemus. Neque vero hanc vnam iacturam in obitu Schannati fecimus, pereunt ferme vna cum eo tot anecdota, per totam Italiam, Germaniae bono collecta; pereunt tot Scriptores Rerum Germanicarum, sepulta est ferme ipsa Eyfliae Historia. Do & hos dolores amico olim candidissimo, iamque ad Historiam revertor. Civitas equidem habet *Henrici* DE ROSENSTEIN *Speyerischer Stad Historialam* quam citat Lerch vom Adel. p. 116. necnon LEHMANNI Chronicon satis notum, cuius plurimae prodierunt Editiones, illudque olim rerum Germanicarum, promus ferme condus est habitum. Hisce vero scriptoribus omnibus longe noster praeferendus, Archivii Episcopalis pos, & Seculo XV. quo melior notitia antiquo-

rum ac poſtea haberi poterat, vivens. Pandit profecto plura ſingularia, quae paſſim notabimus, & ſunt nobis non nulla, huc praeterea facientia, quae certas ob cauſas premere convenit. p. 154. memoria dignum monimentum, Conradi Werenharii filii Francorum ſub rege Ducis refertur, cuius progeniem Tomo III. *Selector.* p. 142. ſq. excuſſimus. Habebat is Comitatum in pago Spirenſi, ſed de mancipiis in civitate, nil hucusque proditum. Alias mancipiis in civitatibus fuiſſe olim locum, ex iis patet, quae LEHMANNVS L. 2. Chron. Spir. c. 20. p. 101. & L. IV. c. 22. p. 353. necnon ZORNIVS in Chron. Wormat. MSto adduxerunt. Et conferri poteſt HERTIVS in Paroem. L. 2. c. 11. *keine Henne fleugt über die Mauer* cui Dn. PISTORIVS L. IV. c. 20. addendus. Nihil ſane impedit, ſecundum Politicam Architectonicam ut loquamur, ſervos eſſe in civitatibus, & fuerunt olim plures. Poſtmodum vero Imperatores, civitates ſuas, ab omni ſervitutis nexu exemtas voluerunt, & aut emigrare tenebantur ſervi, quorum Domini eos vindicabant, aut ſi per annum diemve tacerent.

liber:

libertas, ipso civium consortio acquirebatur. Nil enim in Germania notius, praescriptione libertatis annali, per moram in civitate non contradictam. Conf. Dn. GRVPE Observ. p. 566. Et hoc privilegium praescriptionis libertatis, speciatim inter praerogativas libertatis Imperialis, civitatibus his competentis, antiquitus usque ad Seculum XIII. referebatur, qua de re alias.

§. XV.

Legimus p. 159. Conradum II. peculiarem de sepultura Regum Spirae ordinanda Constitutionem fecisse, cuius memoria nulla superest. Nil constitutione eatenus opus. Nec Lex de sepulcro ferri potest successori. Observantia id genus res invalescunt, nunquam tamen ita stabili, vt plane recedere ab ea non liceat. p. 166. privilegium Episcopi de Iudaeis refertur. Fere semper Episcopi Iudaeorum aut Protectores, aut plane hi iis donati, in civitatibus Episcopalibus. Quin Archi-Episcopus Moguntinus, plane Caesaris absentis in Iudaicis caussis Vicarius. SPEC. SVEV. c. 25. ed. Gold. Iuris enim quo-

 dam-

dammodo Ecclesiastici Iudaei, vt infideles, quorum actus inspectioni subiecti, si tolerarentur. Agitur vero simul in monimento hocce *von dem Schulbann*, de quo multa dici possent, si ea hic locus ferret. p. 167. regis Henrici III. filia Asterla, Wolframi Comitis in Creychau uxor memoratur, quam omnis Historia ignorat. Neque vero hoc mirum, cum idem multis aliis regalibus puellis acciderit. Hausit haud dubie noster sua ex archiviis Ecclesiae, quod vel ideo fieri potuit, quia multae Comitum possessiones in Ecclesiam translatae. CHYTRAEVS in Orat. de Creichgoia huc adduci meretur, qui ita rem narrat: *Invenio autem ante annos* CCCCL. *virtutis & sapientiae laude floruisse Comitem Creichgoiae cui a καλοκαγαθίας nomen Wolframo fuerit. Hic ex Azela Henrici IV. Imperatoris filia, scribitur duos suscepisse filios: Seisolphum, cuius filia quae a nobilitate nomen habuit, Palatino Tubingensi nupserit: & Iohannem postremum Creichogoiae Comitem & Episcopum Spirensem, qui, cum fratri sine liberis defuncto superstes esset, plurima quae vltra citraque Rhenum tenebat patrimonii sui oppida, Ecclesiae Spirensi donavit: & quia meminerat*

rat Conradum 2. Imperatorem ante annos 50. ex ſede familiae ſuae, arce Limburgenſi, Spirae vicina, Monaſterium condidiſſe: ipſe quoque Sinshemium, ſedem ac domicilium vetus Comitum Creichogoiae, in coenobium convertit: in quo etiam anno Chriſti 1104. corpus ſuum terrae mandari, & quieſcere voluit. Ex Munſtero haec adoptavit Chytraeus, vnde vero hic autor eius ſua hauſerit, haud adeo conſtat, a noſtris tamen diſſona fere non ſunt. Fuit vero celebris olim Comitatus Creichgovienſis, quem Conradus II. Bruchſalae, (ante Myrtiletum conditum) totius tractus primariae civitatis Dominus, cum ad Imperium eſſet evectus, Friderico Viro ſummae nobilitatis, agnato ſuo, ex more conceſſit. Floruere hi Comites usque ad Fridericum 2., ſub cuius Imperio eſſe deſierunt, bonis partim in quantum ad Imperium pervenerant Badenſibus, partim Palatinis conceſſis, partim etiam Imperio ſervatis. Conſule IRENICVM Exeges. Germ. Libro II. lit. C. MVNSTERVM Cosmographia L. III. c. 157. c. 275. 356. CRVS. Annal. Suevor. P. III. Lib. 2. c. 20. PAVLINI de pagis h. v. TOLNER Hiſt. Palat. p. 29. 30. 33.

&

& praecipue 37. IVNCKER Geogr. Med. aevi p. 210. ſqq. Fuiſſe Creichgoviam partem magni pagi Lobotungowe, FREHERVS in notis ad Chytraeum aſſeruit, quod an veritati conſonum nec ne, ego quidem haud facile divinaverim.

§. XVI.

Ex Diplomate Henrici V. p. 171. ſqq. confirmatur id, quod ſupra dixi, nimirum in civitatibus fuiſſe homines proprios, omnibus oneribus obnoxios. Remittitur vero civitati onus quod *Budel* nuncupatur, de quo DV CANGE Gloſſ. voce *Bidella*. Pertinuiſſe hoc onus ad mobilia conſtat, & partem dimidiam omnium mobilium, defuncti hominis proprii concernebat. Didici hoc ex *Demonſtratione Iurium Maximinianorum* in pago ſimmern 1545. condita, quae DEDVCTIONI RHINGRAVICAE Dhaunenſi, ſuperiori anno confectae, adiecta eſt. Derivatur vero a *beid* & *theilen*, quaſi *beide theil*, Domini ſcilicet & defuncti heredum diſcernere. Forte inquam, nec certi quid definio. Alterum Henrici privilegium p. 173. ſequens, inprimis piperis, quod a navibus exactum

exactum ſit, memoriam habet. LEH-MANNVS, qui ad hocce monimentum Chron. p. 364. notas ſcripſit, conſuetudinem hanc eſſe ignotam dicit. Sed nota iam notior fiet. Videlicet olim in teloneis, non ſemper pecunia, ſed aliud quid eius vicem habens plerumque praeſtabatur, quod & ex §. X. paulo ſuperius patet, plenius vero etiam intelligitur ex Diplomate Frid. I. Wormatienſi, quod apud B. SCHANNAT. Hiſt. Wormat. App. p. 156. CRVS. Annal. Suev. L. 2. p. 2. c. 10. LEHMANN Chron. Spir. L. IV. c. 22. & in LVNIGIO extat. Plerumque vero exactum piper, vnde etiam Francovadi in patria mea, ab iis civitatibus, quae telonei immunitate gaudent, cyathus pipere plenus offerri ſolet, canonis quaſi cuiusdam annui in vicem, quae offerendi ſolennitas, ob ſententias ſimul publicandas, dicitur *das Pfeifergericht*. B. Dn. DE LERSNER L. 1. p. 426. ſq. Imo Norimbergenſes, pro exemtione a teloneis, in Belgio, quoque anno, praeter duos enſes, duasque chirothecas, etiam cyathum pipere refertum itidem offerunt, ad quod praeſtandum, qualibet vice 24. Iul. Norim-

rimberga miſſus, adeſt miniſter publicus, conſuetudini ſatisfaciens. Iidem Norici in Privilegio Frlderici II. apud PALATIVM aquila ſueva p. 315. ad Feſtum Iohannis Baptiſtae *duas chirotecas & libram piperis* Wormaciae offerre iubentur, in redemtionem exemtionis pro illo anno. Vtque videas olim in teloneis piper exactum, Rhingravicum teloneum in Rheno apud Geyſenheim, olim vocabatur *der Pfefferzoll,* certa tamen praeſtatione argenti, in locum piperis ſuccedente. Piper profecto loco pecuniae, vnde in Ord. Iudaica apud B. STRVV. Hiſt. Pol. Arch. P. V. p. 309. Iudaeus iubetur, *vadiare libram piperis apud inferiores iudices,* apud Superiores autem, *libram denariorum.* BECKMANNI Hiſt. Anhalt. vol. I. p. 291. itidem exemplum piperis loco pecuniae, in redemtione captivorum adhibiti, praebet. Vt alia iam non congeram.

§. XVII.

Ad p. 177. praecipue notandum, Conradum III. Hieroſolyma non cepiſſe, verum irrito plane conatu reverſum eſſe. OTTO FRISING. de geſtis Frid. I. L. 1. c. 61.

c. 61. GVIL. TYRIVS L. XVII. c. 5. 6. 7. Guntherus vero Epiſcopus p. 179. ſequens, non erat Leiningenſis, ſed Hennebergicus Comes. III. DE GVDENVS ſylloge praef. p. 34. & operis p. 11. Iam p. 189. inſignis obſervatio de ſepulcro & die emortuali Beatricis Friderici I. Imp. coniugis refertur, omnibus aliis quae vsque huc comparuerunt traditionibus, contraria. CHIFFLETIVS in Veſontione P. I. c. 52. ex necrologio S. Stephani Veſontino, diem 17. Kal. Decembr. notat, OTTO DE S. BLASIO c. XXVII. annum 1185. CHRON. AVGVSTAN. annum 1184. adeo vt omnia ſint in incerto. Noſtri vero forte maxima fides. Et meretur ſane virilis animi regina, magnorum mariti geſtorum individua ſocia, vt eius res nobis curae ſint. p. 190. de Praebendis regalibus non nihil occurrit. Fuit vero tempus, quo CONRINGIO in Animadverſionibus in Bullam Innocentii X. c. 9. accedere viſum, qui huiusmodi praebendas regales, cum Iure primariarum precum confudit, ad BVCHELII non nulla Hedae adiecta documenta ſe referens. Sed docuit me SCHILTERVS Annot. 14. ad

Koe-

Koenigshovium p. 766. ſqq. longe meliora, & verum habitum *derer Königspfründen*, quas Imperatores fundaverant, adeoque earum Jure patronatus gaudebant, introſpicere dedit. Videlicet, omnibus ferme in Eccleſiis maioribus, Imperatores id genus Praebendas habebant, quarum cum temporis lapſu, etiam memoria periit. Jus *Primariarum precum* vero, optime deducetur fortaſſis a donis recens creato Regi exhibendis, quae quia clerici non praeſtabant, ideo primas preces admittere, coacti fuere. Nec adeo male, cum vel ſic Imperator, vt Advocatus omnium Eccleſiarum generalis, (CHIFFLET Alſatia vindicata p. 9. ibique Diploma Conradi III. B. STRVV de Advocatia Maieſtatica per tot.) id Jus exercere poſſet, Advocati alias proprium. Is enim Electiones regebat, tam primarias, quam reliquas. Et hactenus de Spirenſibus.

§. XVIII.

Sequitur IV. HISTORIA SEDITIONIS HALBERSTADIENSIS CIϽCCCCXXIII. Habui hoc MStum ex Bibliotheca Kotzbuviana, & meminit caſus qui tum contigit, tum CHRONICON SAXONICVM

a. 1424.

a. 1424. p. 213. tum CHRONICON WINNIGSTADII §. 36. p. 359. apud ABEL Samlung alter Chron. Ibid. in CHRONICO ASCANIENSI 1423. p. 549. REGKMANN Lubeckiſche Chronick eod. anno. Chron. ENGELHVS. anno 1423. BOTHONIS Chron. eod. anno ap. *Leibnit.* Sed ſatis nervoſe rem narrat, CHRONICON noſtrum MS. Magdeburgico-HALLENSE ad annum usque 1437. ab homine eius aevi perductum: In dem Jare, inquit, erhob ſich zu Halberſtadt ein auffrur. die gemeine ſamt den Hantwerg-knechten frevelten uf dem Rathauſe ſezten den rat abe, ein teil köpften ſie, namen Inen was ſie hatten, die andern kamen davon. die Stat erlangte feintſchaft. dieſes aufrurs war ein Anfänger der lange Matthias. die burger denen Gewalt geſcheen war zu Halberſtat anno Domini M CCCC XXV. vereinigeten ſich mit dem Biſchof und andern Herrn, und Halberſtat wart durch den Biſchof und andere Hern belegert, und den Inwonern ward groſer ſchaden zugefügt, die mülen wurden abgebrant, das Waſſer war inen genommen und wurden ſo lang geengſtiget das ſie die Anfenger des auffrurs erlange-

ten, und alſsbald wurden ſie auch mit dem Schwert gerichtet, und darnach wart gehandelt das ſie alle zugleich veriagt wurden die dem Rat Widerſtand getan hetten was den Burgern genommen wart muſte inen wiederſtatt werden die mit Unrecht getödtet muſte man wieder aufgraben und inen ein Altar bauen laſſen, ſie mit ewiger Meſſen und Vigilien zu troſte den Seelen begeen laſſen. Sie muſten dem Biſchof zur Buſse geben tauſend Mark verloren dazu alle ire Freiheit und Gerechtikeit. Hoc ultimum quidem non eum in modum contigiſſe, noſtra narratio, & adiectum laudum ſatis indicant, reliqua omnino recte ſe habent. Id etiam ex noſtra Hiſtoria addiſcitur, Halberſtadium libertatem Imperialem affectaſſe, & frigidam ſuffudiſſe civitates Hanſeaticas. Omnes profecto Epiſcopales civitates hoc ſaxum volverunt, quia Epiſcopi, potentia deſtituti, Superioritatem territorialem, ſenſim ſenſimque creſcentem, ad aliorum modum, capitibus civium inducere non poterant. Olim profecto reditus in his civitatibus Epiſcoporum, quorum & civitas. non quoad Jura Superioritatis, haec enim Imperii antiquitus erant manebantve, ſed

quoad

quoad omnia reliqua, in quantum Imperium, civitatis Senatui directionem non permisisset. Hic ergo & omnis eius potestas ab Imperio, interdum Episcopo concurrente, interdum non, cuius nihilominus vel sic manebat civitas. Num vero Jura Imperii deperdita Episcopis accreverint, an civitatibus? quaestio est vti altioris indaginis, ita in rerum argumentis haud facile decidenda. Confer. *Meditat*. Tom. III. Med. 2.

§. XIX.

FASCICVLVS V. EXTRACTVM PRIVILEGIORVM ARGENTINENSIVM pandit. Fuit is olim impressus, & meretur sane conservari. Quod p. 235. memoratur, cives eorumque bona sub aliis Jurisdictionibus sita, collectis gravari non posse, vix privilegium, sed antiquum Germaniae Jus redolet, vi cuius omnes Collectae a personis non a rebus exactae, nisi quatenus in rusticis aliud obtinuit. Civium profecto alia ratio antiquitus non fuit. Et eodem Jure Francofurtenses aliique cives potentiorum civitatum, hodieque alicubi gaudent. p. 237. memoria iniicitur, supra tacti civitatum privilegii Imperialis communis, vi cuius servus, si per annum

quiete ſediſſet, civitati vt liber homo aſſerebatur. Meminit illius KAYSER-RECHT L. IV. c. 1. quod de civium in civitatibus Imperii Jure agit. p. 238. antiquum illud Jus *der Grundtrur*, quod intuitu Argentinenſium ceſſare debebat, refertur. Hoc Jus olim per Germaniam fuit notiſſimum. Dictum *Varech*, hodie *Strandrecht*. Multa huc facientia collegerunt *Antonius* MATTHAEI ad Joh. a Leydis Annales Egmundanos p. 240. & B. HERTIVS de Superiorit. Territor. §. 56. SALVAING des fiefs p. 334. CANGIVS Gloſſ. voce *Varech*. SCHILTERVS & WACHTERVS in *Grundrur*. Dn. DE LVDEWIG ad LL. Normannicas p. 186. Tomo VII. Reliq. HVND Bay. Stammb. P. 2. p. 402. Primo & homines & res in commiſſum cadebant, donec anno CIↃCXI. Henricus V. ſervitutem perſonarum ſuſtulit, res Dominis Jurisdictionis altae addici permiſit. ANNALISTA SAXO h. anno. Certe ALBERTI STADENSIS aevo, quod ex eo ad an. 1112. conſtat, huius ſervitutis nil amplius audiebatur. Res autem diripere perrexerunt Germani, vel ideo etiam, quia ipſis Ro-

ma-

manis hoc quodammodo placuerat. arg. *L. 9. π. ad L. Rhod. de iactu.* Et hoc usque ad Constitutionem criminalem, in plurimis Germaniae regionibus, Jus ferme commune fuit. SCHOTTEL de singul. & antiquis in Germ. Juribus c. 20. p. 383. sqq. WEHNER Thes. Pr. voce *Grundruhr.* STRAVCH J. J. P. P. 2. c. 6. §. 14. Duces equidem Megapolitani, iam 1224. pravae huic consuetudini nuncium miserunt, *Select.* Tomo 2. p. 501. sq. quod imitati sunt alii, iam diversis adducti; sed tamen non ubilibet cessavit Jus inhumanum, imo alicubi adhuc vel hodie quodammodo observatur. conf. LATHER de censu c. 11. L. 2. EYBEN Opp. p. 369. LIPSKY Cent. 2. Obs. 44. qui de abrogatione in Polonia docet. *Reinh.* HAMMER Obs. Polit. Enchir. p. 11. sqq. & SCHELE integra Diss. de Jure naufragii colligendi inter Argentinenses Tomo III. 7. nec non KAEMPFFER Jus appulsus. Jenae 1680. Dissertatione expositum. Olim vero nullum fere remedium nisi a privilegiis. Ita Fridericus 2. exemit Viennenses ap. Dn. DE MOSER Bibl. MStor. p. 19. Ludovicus IV. 1336. Francôfurten-

ſes, *privil.* p. 23. & Conf. Caroli. IV. p. 177. Auguſtam Ludovicus IV. & Carolus IV. CRVS. Annal. Suev. P. III. p. 223. de Erfurto RVDOLPHI Gotha Dipl. p. 280. Interdum pactis ceſſatio effecta, uti 1317. ap. Ill. WENCKER von Regiſtratur p. 198. Argentinenſe vero, de quo hic ſermo ſeritur privilegium, ab Henrico VI. primum indultum, Id. Dn. WENCKER p. 160. ſq. & tam a ſuccedentibus, quam a Friderico inprimis III. Imperatore, in forma ampliſſima confirmatum eſt. App. ad Aeneam Sylvium BOECLERI p. 315.

§. XX.

FASCICVLO VI. ſequitur PRAETENSIO HVNOLTSTEINIANA IN PRAEFECTVRAM HVNOLTSTEIN. Confecit hoc opuſculum Seculo XVI. quidam Hunoltſteiniae gentis praefectus. Eſt vero gens PerIlluſtris Hunoltſteinia ex antiquiſſimis Nobiliſſimisque, quas Germania tenuit tenetque. Dynaſtarum olim gaviſa Jure, in Lotharingia adhuc gaudens Comitibusque inſerta, quod ad Germanicas lineas, ordini equeſtri adſcribi, cum reliquis illic

illic exiſtentibus pari paſſu ambulare, bonis magnitudini originis aequalibus amiſſis, ſatis habuit, habetque. Filiae vtplurimum in cauſa fuerunt, vt bona in alias devenirent dominationes. Nicolai profecto de Hunoltſtein, vltimi gentis filia, Iſenburgi & Grenſavii Comiti thoro iuncta, Noviomagi dominium ad hanc gentem, Seculo XVI. ineunte, haec, in Illuſtriſſimam Witgenſteinianam transtulit. Multa vendita, multa alias translata, vt reliquiae ſuperſint ſatis modicae, ſi ad veterem magnitudinem reſpicias. Habebant profecto olim terras Principatum ferme non modicum conſtituentes, Dynaſtiam Neumagen quam dixi, Dynaſtiam Hunoltſtein, Dynaſtiam Piermont, aliam Soetern dictam, quae per nuptias Dominis de Turckheim obvenit, terras multas in Palatinatu ab hac parte Rheni ſitas, Dominium Mahlborn, Merxheim, & multa alia. Si plura Hunoltſteiniana monimenta edita eſſent, largiorem notitiam haurire liceret, iam vero optima hucusque monimenta de eorum rebus teſtimonium perhibentia, ea, quae in *Append.* Jur. feud. p. 9. & 120. ſqq. ego emiſi. Alterum horum in

ipſa Deductione adductum eſt, alterum ad eandem materiam pertinet. Fuere autem olim, quod etiam ex HVMBRACHTI Tabulis Genealogicis patet, nuptiis, multis Comitum gentibus inſerti, inprimis quoque Wildgravicae, cuius in aevo medio ingens autoritas. Oſtentant etiam Hunoltſteiniana aliqua KYRIANDRI Trevirenſia P. XVII. p. 234. & *Meditatio 2.* Tomo 2. mearum. p. 273. ſqq. Plura locus non fert. Quod vero ad caſtrum Hunoltſtein, illud Jure optimo maximoque Baronibus Hunoltſteiniis debebatur, cum a Comitibus Salmenſibus, quibus Rhingravii ſucceſſerant, Inveſtituram accepiſſent, & Trevericae Eccleſiae in Dynaſtiam Hunoltſtein nullum eſſet Jus, ni forte ex pignore, absque conſenſu Domini nullo. Intereſſet vero maxime & gentis Rhingravicae Illuſtriſſimae & Dominorum de Hunoltſtein, litem vetuſtam reſuſcitari, *quae docentibus monimentis, iam 1504. inter Iohannem ab Hunoltſtein actorem, & reum Iohannem Archi-Epiſcopum Trevirenſem, in diaeta Wormatienſi, coram iudicio Caeſareo aulico mota eſt,* antea vero coram Conſiliariis & Commiſſariis Trevirenſibus ad Auſtregas, varia fortuna agitabatur,

tur, cuius rei uberiorem notitiam praebet, conſignatio Hunoltſteiniana, in fine XV. aut initio Seculi XVI. confecta,(*) quam ſubieci.

(*) *Johans von Honoltſtein Forderung widder myn gnedigen Hern von Trier.*

Am erſten ſo hait Johan von Honoltſtein von ſin füraltern die halb Vogdy zu Honolſtein in beſeſſz vnd nutzlicher Gewere in an Indrag vnd das ander halp Deill haben ingehapt die Voyde von Honoltſtein &c. von eym uff den andern als ein lehen alſo daz durch abſterben des leſten Voits von Honolſtein Juncker Niclauſen loblicher Gedechtnis daz ander halpp deil gefallen und erſtorben iſt uff vnd an Junckern Johannen als den neſten Lehens-Erben der halben Voigdy der Gemeinſchafft nach die auch entphangen daran irret vnd turbiret itznud myn gnediger Her von Trier Juncker Johannen daz he zu ſolichem halben deill nit komen mag als er verhoiff vnbillich dett vnd begert ſin furſtl. Gnaden wollen in darzu komen laßen in der Gutlicheit mit ufgehabender Nutzung mit beßerung coſten vnd Schaden wo daz gutlich nit ſin mage ir alz richter ſollen daz mit recht erkennen und rufft darumb an uwer edel richter ampt mit behelt diß clag zu meren zu mynnern gantz ab zu dun wie ſich mit Recht gebürt.

Sed alias de hac gente eiusve antiquo splendore pluribus. In calce noto, documenta

Zum andern so sin die Voigd von Honoltstein pflichtig vnd schuldig jarlich zu geben Juncker Johannen XXX. Gulden Mentzer Werung zu Gudendaill daran irt vnd verhindert ine myn gnedigster Her sit abgang des lesten Voith Juncker Niclausen seliger Gedechtniß bitt vnd begert Juncker Johann myns Herrn Gnaden woll solich Irrung abstellen vnd solich Gult fallen laßen wie gefordert ist gutlich mit uffgehabender Nutzung mit bekerung costen vnd schaden wo daz gutlich nit sin mag es soll mit recht erkant werden mit beheltnuß diß clage zu meren, zu mynnern &c.

Gedenck zu Cobelentz zu sin uff Sant Dionisius tag zu nacht gestalt uff den Mitwoch zu morgen frü zu handeln mit des von Winnenbergs frauen.

Item uff Fritag nach Dionisii zu fruer tagzyt zu Cobelentz zu handeln wie uff Donerstag nach Mathei gescheen sin solt mit myn Hern von Trier.

uff mitwoch nach Lucie contra Commiss. zu begern die Compaß Brief an den Ringrafen usantworten bitt wyter tag die inzubringen.

Item den brief wydder der vydimirt ist.

Item die anweld trier zu compelliren heruß zu

ta adducta me non accepisse, adeoque etiam Deductioni ea subnectere nequivisse.

§. XXI.

FASCICVLO VII. sistuntur, STATVTA STADENSIA *de anno* CIↃCCLXXIX. *aliis adscriptis postea aucta.* Neque vero ignorant Germanicorum Jurium periti, quantus vsus sit, ejusmodi Statutorum antiquorum editionis. Francofurtensia minimum mea placuisse vidi Eruditis: Vnde nec ea quae in praesens edo, dispari gaudebunt sorte. Nuper de his Stadensibus statutis V. C. *Christian Gottlieb* RICCIVS in dem zuverläßigen Entwurf von Stadtgesetzen oder statutis vornehmlich der Landstädte Franckf. vnd Leipzig 1740. 4. p. 167. sqq. latius egit, & eum in modum, vt fere eius diligentiae nihil accedere possit. Forte Stadensia Statuta Hamburgensibus ex parte accepaa ferenda, aut vero

zu dun die brief sie im sloß Honoltstein funden haben betreffen die Vogdy zu Honoltstein auch die Voitti zu Numagen.

Am lesten begert Johan wytter tag sin Kontschafft zu verhoren dan die Commissarien han sie Ime nit wollen hören.

vero Lubecenſibus, vtpote cum quibus in multis conſpirant, quaeque antiquiora ſunt. Conf. Dn. P. RICHEY Hiſt. Stat. Hamb. p. 24. not. Jam *Buxtehudanam* civitatem Jure Stadenſi vti, plane dubium non fert. Et eſt mihi ipſi Codex Juris Stadenſis apud Buxtehudanos recepti, cui IGNOTVS AVTOR Commentarium, vtplvrimum ex Jure Romani adiecit, in calce autem Jus Statutarium equeſtre Bremenſe adſcripſit. p. 288. cap. 2. differitur de traditione iudiciali, eamque ſequente praeſcriptione anni & diei, niſi quis ignorantiam probet. Hoc ad normam JVRIS SAXONICI L. I. art. 34. Landr. Satis vero de praeſcriptione annali tum ego diſſerui, tum etiam differuere alii, & vltimo in eo occupatus fui, TR. de ſucceſſ. filiarum in regnis cap. VIII. §. 2. Poteſt vero emtor etiam fideiuſſores petere per annum, vti hic ſcribitur, ſi forte euictionis imminentis periculum ſit. LANDR. L. III. art. 83. & Lib. III. art. 4. Valde ineptit GLOSSA ad d. art. 34. quando dicit, non eſſe neceſſariam Judicialem traditionem, ſed tantum meliori probationi ſervire, emtionem autem etiam absque illa ſubſiſtere.

Apud

Apud maiores enim noſtros, plane nullius erat vſus translatio, & ſemper recedi ab ea poterat, quocunque demum ex familia reluitionem offerente, niſi praeſcriptio acceſſiſſet, qua mediante, validitatem conſequebatur actus, non ex Jure emti, ſed praeſcripti. Id quod vel hodie in Palatinatu ita Jus fert; praecipue terris Bipontinis, hoc Jus vſu teri novi. Germani nil in alienatione immobilium, recte extra judicium geri cenſebant, cum in actibus alibi geſtis, multa intercedere poſſent, aliis in ſuis Juribus gravia, in iudicio non aeque, vbi cuique contradicere permiſſum. Cum autem Stada non fuerit alicuius nominis emporium, iam ii qui praeſcriptionem annalem ad Emporia reſtringunt, viderint, qui hic ſe extricent.

§. XXII.

p. 289. expeditur, neminem poſſe bona hereditaria, ſine conſenſu heredum vendere. Succurrit iterum hic JVS SAXON. Pr. L. I. art. 52. ubi ſimul traditiones iudiciales privative firmantur, de quo iam ſermonem habui. Conſentiebant vero in alodialibus praecipue vxor, filii, & ex

ex aliis succeſſionis capacibus, ſemper ii, qui proxime ad ſucceſſionem pertinebant. Infantes autem collective ſub nomine *caeterorum haeredum*, interdum cum additione, *geboren und ungheboren*, indigitabantur. Cuius rei indicem vides chartam, hic ſubiectam.* Adde vero ea, quae ſcripſimus

* *Nos* Johannes *Camerarius de Almenhuſen* Ludolphus *frater eiusdem*, Margaretha *uxor ipſius*, Johannes Theodoricus *&* Johannes *filii eorundem cum* caeteris haeredibus noſtris univerſis *tenore preſentium publice proteſtamur, & ad notitiam tam praeſentium quam futurorum cupimus devenire, quod Domino* Johanni *praepoſito & ſuae Eccleſiae in Annenrode, necnon* Berthoo *de Biſchoveroda civi in Molhuſen & ſuis heredibus univerſis vendidimus villam noſtram* Goetticherode *cum omni uſufructu eiusdem omnia bona noſtra in* Gollenbach *& in* Reinharderoda *ſita, & octo ſolidos reddituum in* Lengenfeldt *cum oventionibus conſuetis titulo proprietatis perpetuo poſſidenda volentes prefatis plenam perfectamque Warandiam facere de bonis memoratis. Huius vero venditionis teſtes ſunt* Theodoricus *Camerarius de Strusberg*, Theodoricus *&* Henricus *filii eiusdem*, Chriſti-

psimus, de successione filiarum in regnis p. 46. sq. & MEVIVM ad Jus Lubecense lib. l. tit. 10. art. 6. Agemus autem nos de verbo Erben olim curatius, ibidem simul consensus heredum rationem habituri. Verbum enim *Erben* non unius est significatus, & interdum etiam pro Dominis vsurpatur, vnde etiam das *Erbe* pro Dominio. p. 297. c. 18. post §. 1. omnia desunt in Buxtehudano Codice, quae hic leguntur, forte ideo, quia anno ClↃCCCXXIX. cum Stadenses suas leges augerent, demum inserta. Buxtehuda vero iam 1328. uti p. 270. supra docet, Jure Stadensi erat gavisa. p. 301. Separatio librorum a parentibus, quando post prioris thori socii fata viduo

Christianus *senior de Langulo*, Ditmarus *frater eiusdem* Henricus *Elgeri* Ernestus *de Cranichfeld* Ernestus *de Bischoverode &* Ditmarus *Rex civis Molhusensis & alii plures fide digni. Ne igitur in posterum aliquis ausu temerario hanc nostram venditionem infringere praesumat ipsam nostro sigillo ac sigillo Theodorici Camerarii de Strusberg patrui nostri, firmiter communivimus. Datum & actum* Molhusen *Anno Domini MCCXCVII.*

viduo lecto renunciant, proponitur. Haec per totam olim Germaniam Juris morisve fuit, ita, ut liberis prioris matrimonii daretur certa pars consuetudinaria, aut legalis, aut arbitraria. conf. *2. Feud. 103. & 104.* nec non *2. Feud. 26. §. 4.* & FELLER Br. Luneb. Hist. p. 161. sq. ubi liberos primi thori, omnia immobilia sibi vindicasse, videbis. Inde Jura devolutionis & reliqua, de quibus Illustr. ESTOR in Tr. de Jure Devolutionis, & alii copiose disserunt. WEYER de communione bonorum Parte 1. th. 1. 2. Risum vero mihi hic movit GLOSSATOR BVXTEHVDANVS, qui de legitima sua in separatione solicitus, doctrinam hanc subnexuit. Cum tamen certum omnino exploratumve sit, Germanorum antiquo Jure gaudentes, non agnoscere legitimam, vti jam demonstravimus *Diss.* de Gravamine in legitima p. 303. c. VIII. idem meus Glossatur, non potuit non ex opinione Doctorum romanizantium annectere, *dummodo donatio morte confirmetur.* Neque vero de hac confirmatione per mortem, vel per somnium cogitarunt maiores, stabilia omnia volentes, quae hoc modo fa-

cta.

cta. Quod p. 310. c. 18. post §. 1. usque ad finem libri sequitur, iterum in Buxtehudano Codice desit, adeoque idem hic, quod de accessionibus libri I. dicendum erit. Ita etiam p. 315. post c. VIII. §. 1. omnia desunt, & p. 310. post caput VI. ubi inprimis accessio consideratione digna, quae cavet, ne aliquis civium Episcopo aut Praelato alicui se addicat.

§. XXIII.

De testamento p. 320. c. 2. elegans occurit statutum, in eo consistens, ut superstes Senatorum, qui aegroto adfuerint, altero mortuo, de voluntate vltima eius testari solus queat. Scilicet, eo aevo quo haec scribebantur, nondum recepta erat subscriptio aut scriptura saltem testamentorum praesente aegroto, sed omnia erant nuncupativa, ita vt Senatores ad Senatum referrent, is vero postea litteris mandari relata curaret, Sigillumve minus apponeret. Centurias id genus testamentorum, Francovadi in patria mea vidi, & ubique is mos fuit, nec per analogiam Jurisprudentiae, quae tum florebat, alius esse permittebatur. Confer. *Diss.* de testamen-

to Publico c. IV. §. 3. Notabis vero ſimul eam Jurisprudentiam, quod Senatores ad aegrotos tantum, non ad ſanos valentesque teſtaturos iverint. p. 348. ſub finem Partis VI. deficiunt verba: *So welc man* & ſequentia, in Statuto Buxtehudano. Vbi ſimul obſervabis alia: *dhat he ein vry man ſy.* Nolebant enim civitates alios recipere quam liberos, ne rurſus ſervitute inficerentur, aduerſus quam, non ſemper civitatibusProvincialibus ſatis erat praeſidii. eadem p.348. praeſcriptio anni & diei pro iis, quae in civitatis libro, *dem Erbebuch* deſcripta ſint, denuo firmatur. Vt inde appareat, praeſcriptionis annalis firmamentum, in fide publica vnice eſſe quaerendum, p. 356. Civitatis Stadenſis diſpoſitio refertur, quod civis, qui per annum & diem Stadae vt liber homo ſederit, eo elapſo, in ſervitutem vindicari nequeat. Eſt vero haec Stadae cum multis aliis civitatibus communis, quia liber homo, ut res mobilis, etiam in cauſis ignotis anno praeſcribebatur, ſine ulla diſtinctione bonae aut malae fidei. Contra ſervituti perſonarum, apud Romanos praeſcribi non potuiſſe, certi eſt Juris. Noſtra ergo hacte-

nus

nus longe mitiora. Nec ſervitus apud nos character (vt ita dicam) indelebilis, nec libertas. Vtrumque vendi, permutari, praeſcribi, & mille aliis modis acquiri aut amitti poterat, poteſtve plurimis in locis adhuc. p. 357. c. 16. Singularis eſt diſpoſitio, quod creditor, qui cum morituro debitore crediti rationes ſubducere nolit, eo quod moriturus debuit, excidat. Aequiſſima ſane, neque enim poteſt non fraus ſubeſſe, ſi quis conferre nolit eo tempore, quo ſcit, poſtea nullum amplius ſuperfore. Deſunt libro VII. apud Buxtehudanos iterum ea capita, quae p. 359. ſqq. a verbo *Leyhet*, usque ad calcem Libri VII. ſequuntur. Pars autem VIII. Buxtehudana a noſtra non differt, niſi quod in VII. capita diviſa eſt.

§. XXIV.

Circa calcem IX. partis p. 369. poſt verba: *Sowell &c.* hic exſtantia deſunt *codici Buxtehudano.* Legimus vero hic elegantem Juris Germanici laciniam, feminam bonis praeditam, cui non ſint parentes, nemini nubere debere, ſine conſenſu propinquorum. Et hoc ferme omnia

Germaniae Statuta hodieque ſervant, invito imo repugnante Jure Canonum, ſeorſim etiam ſentiente Jure Romano. Explicuit rem totam eleganter Vir Illuſtris *Joh. Petrus* DE LVDEWIG in Differt. de conſenſu connubiali extra patrem. Et Vir itidem Jlluſtris WESTPHALIVS in different. Jur. Rom. & Megapolit. Nunquam profecto in Germania mulieres ſui arbitrii. Aut enim Parentibus, aut agnatis cognatisve, aut marito, aut denique omnibus deficientibus Reipublicae, tutelam ſuam in patria noſtra concreditam videbant, cuius Juris veſtigia maxima, inter Nobiles ac Illuſtres ſuperant. Quae p. 373. poſt verba: *So welc* leguntur, iterum ignorant Buxtehudani. Apparet vero ex traditis, Stadae homicidium, vti eo aevo per totam fermeGermaniam, tum nondum fuiſſe capitale. Sequebantur hactenus Germani Graecos, vt in multis aliis; ita enim EVRIPIDES ex verſione *Canteri* in Oreſte p. 512.

Recte poſuerunt maiores olim haec,
Non ſinebant in conſpectum venire

Neque

Neque in occurſum, quisquis forti reus eſſet ſanguinis,
Sed expiabant exilio, non viciſſim occidere ſinebant.

Hic vero mos diu, etiam poſt Chriſtianiſmi lucem Germaniae illapſam, ſervatus eſt. JurisConſulti vero eum irrationabilem dixere, vt multa alia Germanorum inſtituta. FREVNDEBERG de Reſcript. morat. Coroll. p. 31. VIGEL. Decis. p. 166. SCHOETTGEN Chron. Wurc. p. 536. ſqq. Antiqui illius moris circa homicidia poena capitis non vindicanda habitum, leges, apud ALTESERR. ad Gregor. Turon. VII. c. 3. p. 254. CRVS. Annal. Suev. III. 137. DE LERSNER. Frankf. Chron. p. 86. P. II. p. 303. 680. ſqq. (ubi tamen ſicarii & alii id genus excepti. p. 682.) LE FEBVRE des fiefs p. 150. ſq. 159. ſq. 161. ſq. *Antonius* MATTHAEI de Jure gladii c. 38. p. 637. de probat. c. 1. n. 89. ſqq. Manud. ad Jus Can. p. 334. ſqq. MENCKEN Script. Rer. Germ. I. p. 2020. & 1458. de quo etiam praeclare HEINECCIANA Elementa, & plures alii. Quae p. 381. ſequuntur, Codex Buxtehudanus omittit, quia alia

loco eorum ſubiicit, hic omnino locum meritura. (*) Et haec de Statutis Stadenſibus.

§. XXV.

(*) APPENDIX.

Iſt ein beſprochener Man, welcher mit einer Vnthat begrieffen wird, vnd dieſelb geringſamb iſt, ſo ſoll er derſelben entgelten, wo er des mit zween guten Leuten kan vberzeuget werden, daß er ein beſprochen Mann geweſen.

Von Hurerey.

So ein freier vnbegeuener Geſell, mit einer freyen vnbegenenen Jungfrauen, oder Maged, de in twen Hüſen in dieſer Stadt ſin, efft denen, ſick vnerlick vormiſchende, alſo dat ſe mit beider freyen willen beſchwengert, vnd namals dat Kind thor Dope gebracht würde, ſo ſchal deſiluige Geſelle de Jungfrauen, effte Maged wedderumme ehren, effte eheliken, he hebbe er thoſage gethan, effte nicht, Edder er den Bruttſchatt na erem ſtande, alſe ere oldern edder frunde er mitgeben gekânt hetten, geuen: So ferne ſe ſick nochmals erlick holt, vnd wedderumbe nicht in den Dreck bringen letth. Beſchüth dat, ſo ſall der erſte ehrer frie leddig und loß ſin, und blieben. Doch ſchal he dat Kindt tho ſick thonehmende vorpflichtet ſin. So auer Knechte vnd Megede,

de

§. XXV.

Faſciculus VIII. C. S. SCHVRZFLEISCHII *Analecta Diplomatica ad Hiſtoriam Waldeccenſem* affert. Notius eſt Autoris

f 4 no-

de in einem Huſe thoſamende denen, unehrlich bey einander kämen, vnd de maged ſick mit erem Willen beſchlapen lete, he dede er thoſage, ſe thor Ehe thonemende, edder nicht, ſo ſchal idt dem Knechte Se tho eheliken fry ſtahn. Nimbt he ſe nicht, ſo ſchal he er vor ere Vorluſt der Ehre nichts thogeuende ſchuldig ſin, denne ſe darinne bewilliget hefft, Sunder alleine im Kindelbette ſchal he ſe mit allerley Nottorfft vorſorgen, vnd ſo denne ſe dat Kindt by ſick ein Jahr beholden vnd ſägen will, ſchall he er geuen Ammen Lohn, alſe Tein Mark, wo auerſt nicht, ſchal he ſin Kindt theen laten. Düße in beiderſeits ſchollen dem Rathe (vornehmet Mans Perſonen) vor de vnerlicke Mißhandlung, vnd dat wedden Vüfftein Marck, der ſe nicht geuen kan, ſchal der Stadt vorwieſet ſin, vnd ſo lange daruth bliuen, alſe duße Wette dem Rathe Vorgulden is worden.

Geſellidt eck, dat de Maged dem Knechte ſo lange naginge, da ſe erer Schande ſulueſt ein Orſacke werde, vnd dat betüget, edder beedet worde, alßdenne ſchall he er dat Kin-

nomen, quam ut a me demum illustrari debeat. Viderat Schurzfleischius Archivium

Kindelbette stahn, vnd darna schall de Maged der Stadt verwiset sin vnd bliuen beth so lange se, edder ere Fründe darümme dem Rathe gewettet hebben, de Wette schal sin Vöfftin Marck. De Knecht auerst, dat he seinen Heren vnd Fruwen, so danes von seiner Maged nicht gesecht, dem Rade wetten Viff marck. Düße alle, so se sick namals vnd ander eheliken wolten, schölen nicht tho hope gegeuen werden, sonder thor Vesper, ane alle Ceremonien, vnd schölen man hebben twa Par vp dat Chor thom Bruderuicken.

Vam Ehebröke.

So ein leddich, loß geselle mit eines Ehemannes Wive in Bolereye gerede, alſo dat idt rüchtig, straten vnd möhlen mehr, ock opentlich betüget wörde, alse denne schall de Geselle den Kaak lösen, edder darup thor Stupe geschlagen, Vnde de Ehebrekerinne, so se de Mann nicht bi sich beholden vnd tho Gnaden annehmen, Se hebbe Kinder, edder nene, des Kakes verschonet, sunder der Stadt verwiset werden, vnd denne so mag der Mann wedder frien. So auerst de Mann se by sick beholden, vnd idt er vorgeuen wolde, de schal erenthalben den Kaak lösen, Is he vermög,

60.

vium Waldeccenſe, & multa egregia ad hanc Hiſtoriam facientia noverat. Subi-
f 5 taria

60. mark Is he nicht, 30. M. So ein Ehemann de Wiff vnd Kinder hefft, eine beſchlepe vnd beſchwengerde de ſin Deenſt is, mit erem willen, So ſchall de Eheman, dewile he de Ehe gebrocken, thor Stupe geſchlagen, vnd ewich verwiſet werden. Idt were den Sake, dat en ſin ehegemahl wedder annehmen vnd ehme dat vortien wolde, alßdenne ſo ſchal he mit der Stupe vmb ſines ehelicken Wives willen, vnd leuen Kindern verſchonet, Auerſt ſo lange ingelecht werden dat he dem Rade darumme wilkörliken mit einer redeliken Geltbote, na ſinem Vermögen gebötet hefft.

Werd auerſt de Maged von eren Hern auerweldiget, vnd dat gut gdan werden kan. Alßdan ſo he bekamen, ſchal he mit dem Schwerte darumme geſtraffet werden, edder ſo he entlopt ewig verwiſet ſin und bliuen.

Nichts deſto weniger idt ſy geſchehen mit edder ahne eren willen, ſchal he dat Kindt meth ſinem Gude thothebende vnd er den Brutſchatt, na ehrem ſtande thogeuende, Pflichtig ſin: Jedoch ſo ferne ſe erem Hern erer ſchande keine Orſacke gegeuen hefft, Se ſchal auerſt dat Kindelbette hier nicht liggen, Sondern der Stadt ewig verwiſet ſin und bliuen.

So

taria certe haec ſunt Collectanea ad PRASSERVM, ſine ullo ordine digeſta, Hiſtoriae Waldeccenſi, quam ſcribere accoeperat Schurzfleiſchius, inſervitura. Subiecit vero ille praeter Collectanea ſeparata, Exemplo ſuo etiam *notas*, quarum apographum habere contigit, & in quibus Praſſerum ſaepiuſcule reprehendit. Eſt is idem ille *Daniel* PRASSERVS, quem p. 803. ſqq. T. I. Collectionis Monimentorum ſuorum, inſeruit B. *Simon. Frider.* HAHN. Dubitat quidem is de nomine, ſed in libro meo illud expreſſum eſt. Habet hucusque Waldeccia paucos ſcriptores, vnde

So ein Ehemann mit eines ande Ehewiſe im Ehebröke apenbar begrepen werdt, deſulvige ſchal mit dem Schwerte am Levende geſtraffet werden, entkumbt he, ſchal he ewig verwiſet ſin und bliuen.

Blodtſchande, welche Inceſtus tho Rechte genomet werdt, ſchal mit dem Schwerde geſtraffet werden.

So he auerſt hie ein Echtwief hette, und anderswo ack eine, ſchal mit dem Wiſe dat he hier hefft, thor Stadt vorwieſet werden.

Andere beſtliche, vnminſchliche, vnnatürliche, daravor de Natur ſchuvvet, ſchande, ſchölen mit dem Füre geſtraffet vverden.

vnde quae eo ſpectant, ex *Conradi* SCIPIONIS ſcriptoris recentioris Chronico MS. *Levoldi* DE NORTHOF Chronico Marcano, quod *Meibomius* edidit, SCHATENII Annalibus Paderbornenſ., STANGEFOLIO, PAVLINI, KLEINSORGIO, Chronicis antiquis BRVNSVICENSIBVS ac HASSIACIS, & JVRIVM DEDVCTIONIBVS inprimis, depromenda erunt. Conſignavit eas LVNIGIVS Biblioth. Deduct. tit. *Heſſen* & *Waldeck*. Inprimis *Zach.* VIETORIS opus *Ehren Rettung* dictum, & Relationes in 4. mai. quidem imprimi coeptae, ſed quod ego ſciam non ad vmbilicum perductae huc pertinent. Fuerunt quoque egregia Volumina manu exarata, quae huc facerent, in Bibliotheca B. Cancellarii DE RAVCHBAR. Inprimis optima quaeque continere exiſtimo librum cui titulus: *Waldeckiſcher Kirchen- und Religions Staat von Caroli M. Zeiten an bis itzo*, ſive is VIETORIS ſive RAVCHBARI ſit. Rariſſimum omnium eorum quae in cauſis Waldeccenſibus impreſſa, ſequens ſcriptum videtur: Der Stadt Corbach wahrhaffter Gegenbericht ihres begründeten Rechtens, Freyheiten, privilegien, Gerechtigkeiten, und Erzehlung der Geſchicht

von

von den wolgebornen Graven und Herrn Herrn Chriſtian und Herrn Wolrad Graven und Herrn zu Waldeck &c. ihren gnedigen Herrn und deren Räthe und diener ihnen vielfältig zugefügten Beſchwerungen, trangſalen, Schaden, Abnahmen, feindlicher überziehung, Vergewaltigung und abnöthigung eines ihnen höchſtſchädlichen Vertrags mit einverleibter Proteſtation, eventual-petition veniae, rechtmâſſigen Contradiction, Retorſion und Reſervation, vvieder im vergangenen Jahr durch ihre Miſsgünſtige divulgirten Abdruck der Geſchicht, ſo viel ſie darinn berühret. Gedruckt zu Caſſel bey Wilhelm Weſſel 1622. 4. Civitati tum a conſiliis erat *Melchior* GOLDASTVS, vt ex eius litteris didici, num vero is an alius ſcripti autor, haud facile dixerim. Verſatus etiam eſt in Hiſtoria Waldeccenſi B. Cancellarius *Fridericus Auguſtus* DE CLETTENBERG & Wildeck, Francofurtenſis, Vir, dum vivebat, meis ſtudiis amiciſſimus, ſcripto ſequentis tituli: Reichsgräflich-Waldeckiſcher Helden- und Regenten Saal, Frankf. 1713. 8. Nondum vero cum ea ſcriberet, Archiviorum copiam habuerat Clet-

ten-

tenbergius, vnde poſtmodum maius opus occoepit ſub titulo: *Waldeckiſche Hiſtorie*, quod moriens non plane perfecerat. Debebimus vero illud proxime, diligentiae Viri eruditionis & generis gloria iuxta florentiſſimi, *Wilhelmi Friderici Ludovici* DE DALWIGK, in Liechtenfels & Campf, Principis Waldeccenſis praefecti Superioris & ei a Cubiculo exiſtentis, qui vti liberorum tutelam, ita huius libelli a defuncto accepit, apud me vero, qua eſt humanitate, in eius amicitiam ſucceſſit. Debeo huius obvio rei communi inſerviendi ſtudio, hanc quam de Clettenbergianis do notitiam, cui de Scriptoribus Waldeccenſibus ampliorem cenſum, ſuo tempore acceptum feres. Habui ab eo etiam quod XI. loco ſequitur ſcriptum: SCHVRZFLEISCHII *Stricturae antiquitatum Waldecciarum*, quod impreſſum licet, invenire tamen non alio pacto dabatur.

§. XXVI.

Ne longior ſim, omitto plerasque obſervationes ad Diploma Sualenburgicum p. 440. ſqq., quo noviſſimus Comitum, agnatum ſuum Comitem de Waldeck in poſſeſſio-

possessionem bonorum suorum mittit. Jam vero nihil notius in medio aevo est, quam ultimum gentis hactenus pro lubitu disposuisse, filiis filiabusve non extantibus, longius vero semotis ne requisitis quidem. Jubentur hic Vasalli Domini voluntatem sequi, nisi feudis exui velint. Vnde nil hic de brocardico Doctorum vanissimo, Vasallum invitum alienari nequire. Conf. Ill. KOPP Lehens Prob. p. 16. sqq. Prim. lin. *nostrae* Jur. feud. §. 342. B. JOHANNIS Tom. 2. Mogunt. p. 662. Transeo autem iam ad Fasciculum IX. nimirum XVII. DIPLOMATA & CHARTAS *lingua latina exarata ab anno 1244. ad annum usque 1489.* Primam harum p. 445. eam vides, qua Comes Pontinensis, vasallos quosdam, Atrebatensi vendit. Nec vero vel hic aliquid de Vasallorum consensu rogato, cum contra Domini feudi Regis, autoritas omnino, & quidem *personaliter* adhibenda p. 446. videretur. p. 450. legitur, regi quintum denarium loco laudemii feudalis fuisse praestandum, quae praestatio hodieque Gallis in vsu habetur. p. 454. sq. Philippus Franciae Rex testatur, coram se *iudicatum a curia* esse, quod terri-

territorii Pontinensis certa portio pertineat ad Comitem Atrebatensem fratrem suum, non autem ad suam Balliviam Ambianensem. Rex ergo ipse praesens audiverat videratque, in causa propria, curiae iudicium sequens. Adeo vero pronunciaverat ipse per se, non per alium. Mira haec videbuntur iis, qui Jus feudale Longobardicum tantum, neque simul noverunt mores Germaniae. Adde 2. F. 55. §. *praeterea* 5. & COMMENTATORES. *Compendium Juris Feud.* nostrum §. 132. p. 457. Judicium in Vasallos etiam in Jurisdictione aliena stabilitur, quale hodieque habet Serenissima domus Brandenburgica in Austria. p. 459. Transactio inter Trevirensem Ecclesiam & Ducem Lotharingiae refertur, cuius etiam meminit BROWERVS Annal. Trevir. P. 2. p. 209. & CALMET Histoire de Lorraine T. 2. p. 518. ubi simul notamus, eodem ferme tempore foedus coiisse inter Treveros & Lotharingiam, quod extat apud CALMETVM l. c. Probat. p. 538. sq. p. 462. inter reliqua Lotharingo post resignationem in feudum reddita, occurrit castrum Felsberg, quod eodem anno ArchiEpiscopus ceperat, TRITHEM. Chron. Sponheim

heim. a. 1334. vnde reliqua forte itidem fuisse occupata, coniicere licet. p. 462. sq. notabis, feuda antiqua, *ad Jus vsum & consuetudinem Ecclesiae Trevirensis*, nova vero, *secundum Jus, vsum & consuetudinem Lotharingiae* esse data, cuius sensum non plane percipio. Forte servitia feudalia Lotharingica Trevirensibus mitiora erant; forte iam tum feuda Lotharingiae, quodammodo ad rationem alodiorum erant redacta. Forte foeminis successionem negare incipiebant Treveri. p. 463. Integer Comitatus ulterior Sponheimensis, Trevirensi Balduino in feudum cedit, quod forte contigit occasione eorum, quae TRITHEMIVS l. c. ad an. 1334, refert. Observa hic inprimis formulam successionis moderatricem, ubi primo heredes Comitis masculi & femellae, inde fratres, postea soror, cum posteris utriusque sexus vocantur. p. 465. *Pactum hoc est & providentia primi de feudo investiti*, de quibus TR. *von Erblehen* §. XL. latius egimus.

§. XXVII.

Sigismundus p. 473. bellum Philippo Burgundo denunciat. Haec denunciatio equidem apud Illustr. WENCKERVM iam

iam impreſſa habetur, Appar. Archiv. p. 333. ſed eius exemplum in non nullis differt, ad haec ſequentia, ſine hac charta, intelligi ferme non potuiſſent. p. 476. Philippi defenſionem, & poſtea aliam p. 483. legis, ubi ſimul *qualitas feminea feudorum Imperii Germaniae inferioris*, egregie expenditur, p. 491. civitatis Francofurtenſis litterae reſponſoriae referuntur, ex quibus patet, Status Imperii Sigismundi partibus non acceſſiſſe, ſed nihilo minus pacem Burgundo ſervaſſe. Vnde forte evenit, ut hi motus non eſſent diutini, aut minae plane haud in rem abirent. Adhaec Rex Galliae Sigismundi armorum ſocius, cum Burgundo pacem compoſuerat, qui aut noſtrum movit ut bello abſtineret, aut eum derelinquens, neceſſitate quadam quieſcere coëgit.

§. XXVIII.

Faſciculus X. *Nicolai* RODINGI *Hodoeporicon* CIↃIↃXLII. propinat. Notiſſimum inter Profeſſores Marpurgenſes eſt nomen *Nicolai* RODINGI, humaniorum litterarum & Theologiae peritiſſimi Viri. Multa in hoc libello ſunt de Eruditis illius temporis

poris, & aliis huiusmodi rebus. Inprimis Giſſam noſtram, ex p. 512. ſq. diſcimus admodum fuiſſe munitam, vt militari manu vix capienda videretur. Id quod etiam inſcriptio portae Francofurtenſis indicat, poſt reparatas munitiones confecta. Habebat etiam, (cuius rei itidem Rodingus indicium facit,) ſcholam a Philippo Lantgravio haud dubie inſtitutam, quae hodieque perdurat. Quas XI. locus dat STRICTVRAS WALDECCIARVM ANTIQVITATVM, ſupra iam recenſuimus. Fuit vero iam impreſſa Diſſertatio, ob raritatem recuſa.

§. XXIX.

FASCICVLVS XII. VARIIS MONIMENTIS, *res Germaniae inprimis Wetteravicas illuſtrantibus*, refertus eſt. Seculi XIV. & XV. aetatem ferunt, & varia continent notatu digna. p. 364. Jus Imperii enarratur, vi cuius Judaei, vbilibet vindicari poſſent. Equidem Judaei, Camerae Imperiali ſpeciatim ſubditi, (conf. quem honoris cauſa nomino, Dn. HALTAVS ad ſcriptores *Mencken.* T. III. p. 205 ; ubi

mus bene & legitime feudum quod tenet de nobis Comes ſancti Pauli Item feudum quod tenet de nobis Vicecomes de Ponte de Remy in quo feodo eſt homagium Domini de Wanans de his que habet à medio fili aque Auteye verſus Hysdinum Item homagium Domini de Auxiaco de omnibus que tenet de nobis à medio fili aque vltra verſus Hesdinum Item homagium Joannis de Ambranis militis quod nobis debet pro villa de Vivres & ejus pertinentiis omnibus & pro foreſto de Greaſt que ſedet ſuper Noboviam que ſunt in domanio ſuo & homagium quod Theobaldus de Ambranis miles tenet de illo apud Vivres & homagium quod Bernardus de Ambranis miles debet ei pro Reginaldi villa & homagium quod Hugo Kitvet miles debet ei pro villa de dunover & pertinentiis eius Item homagium de Rotani fano juxta Vivres Item homagium quod nobis debet Vicedominus de Voviers pro villa de tuni & de Willencourt In quo homagio eſt feodum quod tenet Johannes de Baardes de eodem Item feodum de Vy in quo ſunt duo Vanaſſatores Item homagium quod nobis debet Hen-

Henricus de Guiſnes de his que habet apud Pruvni de parte uxoris ſue Item homagium Johannis de Bonbabe de his que habet apud Pruvni. Item homagium Mathei de Roya. In quo homagio eſt feodum quod Vicedominus de villa Roya tenet de eo apud Pruvni Item homagium Hugonis de Cammont militis de feodo quod tenent de nobis apud Tholent Item vendidimus & guerpivimus predicto Comiti Atrebatenſi quicquid habebamus & habere poteramus in feodis antedictis & pertinentiis eorundem Item vendidimus & guerpivimus eidem homagia feoda & retrofeoda Redditus juſtitias Advocatias domania omnia & omnia alia quecunque habebamus & habere poterimus in omnibus & per omnia à medio fili aque de Auteya verſus Hysdinum & verſus aliam terram dicti Comitis ſicut ſe comportat à Wanans ad ſalicetum ſitum inter Menteney & Dunover omnia predicta & eorum pertinentia in Jus & proprietatem dicti Comitis transferentes nihil Juris penitus in eisdem nobis vel heredibus noſtris ſive ſucceſſoribus retinentes confitentes etiam de pretio dicte venditionis videlicet de dua-

bus mille libris Parisiensibus nobis esse plenarie satisfactum in pecunia numerata et *de quingentis libris Parisiensibus pro quinto idem Dominus Comes Domino Regi fecit gratum suum* Promittimus insuper & propriis firmamus juramentis quod in premissis nihil omnino de cetero per nos vel per alium reclamabimus vel reclamari faciemus imo universa & singula que superius sunt expressa eidem Comiti & ejus heredibus sive etiam successoribus bona fide garentizabimus contra omnes renunciantes omni Juris auxilio & omni consuetudini quibus super predictis possemus contra predictum Comitem vel ejus heredes sive successores aliquatenus adjuvari. In cujus rei testimonium presentem cartam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam & rogamus Karissimum Dominum nostrum Ludovicum Regem Francorum Illustrem ut predictam venditionem ratam haberet & per suas literas laudaret & pariter confirmaret. Actum apud Argentolium anno Domini *Millesimo ducentesimo quadragesimo quarto* mense Novembri Nos autem ad petitionem dictorum Comitis & Comitisse Pontini

tini venditionem predictam prout superius continetur quia res de feodo nostro movent laudamus concedimus & confirmamus Ita quod prefatus Comes Atrebatensis frater noster & eius heredes res supradictas *cum alio feodo suo de nobis & heredibus nostris possidebunt* in perpetuum & tenebunt. Actum Parisius Anno Domini *Millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.* Mense Novembri.

IV.

Concessio ad Eleemosinas colligendas pro aedificatione Hospitalis sancti Spiritus in Einbecke.

Ex auth. 1274.

VNiversis plebanis & Consulibus Civitatum Domini Ducis de Bruneswich aliisque Plebanis extra Civitates in dominio suo constitutis ad quos litere presentes pervenerint. *B - - us Advocatus cum universis consulibus in Eynbecke* paratam ad omnia voluntatem. Universitatem vestram scire volumus, quod Dominus Dux *Albertus* Princeps de Bruneswick quoddam Hospitale novum in honore Sancti Spiritus

tus & beate Marie nec non beati Johannis Baptiſte & omnium Sanctorum in Einbecke inchoavit. Vbi jam pauperes & infirmi diverſis cruciatibus & doloribus in carcere domini detinentur Vbi non ſolummodo infirmi ſed etiam pauperes homines & peregrini, pupilli & Orphani, quibus hoſpitium in ipſa civitate denegatur recipiuntur & reficiuntur.

Pueri quoque qui a matribus ſuis timore Dei poſtpoſito ante fores eccleſie deponuntur, vel in aliis locis nocturno tempore tanquam cadavera miſere abjiciuntur, ſi viventes inveniuntur in eodem hoſpitali recepti usque ad annos diſcretionis in omnibus neceſſariis procurantur.

Preterea opera miſericordie omnibus indigentibus illic miniſtrantur de quibus dominus in die judicii faciet mentionem & retribuet habundanter hiis qui erunt de numero ſalvandorum dicens venite benedicti & cetera. Noveritis etiam quod nova Capella & alia edificia ſumtuoſa ad neceſſitatem infirmorum edificantur Cum igitur ex ſeminibus terrenorum celeſtia metere poſſitis & predictis pauperibus ad hec omnia perficienda proprie non ſuppetant

tant facultates Nuncios ejusdem hoſpitalis viros honeſtos ad veſtram graciam duximus transmittendos Rogantes pro ipſis & cum ipſis intime Quatenus cum ad Vos venerint pro ipſis infirmis & pauperibus in veſtris ecclesiis petitionem fieri concedatis, ut autem ad benefaciendum jam dicto hoſpitali veſtrum deſiderium ferventius accendatur Theodoricus Epiſcopus *vir vite venerabilis* cum Burgenſibus ejusdem Civitatis jam dicte commanens quondam univerſis qui ſecundum ſuas facultates manus exhibuerint adjutrices unum annum de injuncta penitentia dummodo contriti & confeſſi fuerint miſericorditer relaxavit. Oblita quoque peccata & exceſſus filiales ſi in ipſos parentes manus non injecerint violentas. Sciatis autem certiſſime quod in omnibus negotiis & petitionibus veſtris ſi quos ad nos dirigitis parati erimus ſtudioſiſſime ſi predictorum nunciorum fideles promotores extiteritis & attenti modis omnibus promereri. Datum anno Domini Mo. CCo. LXXo IIII.

V.

V.

Philippi Regis Francorum testimonium de Parium curiae suae iudicio, quod quadam feuda Pontinensia sint Comitis Atrebatensis.

Ex auth. 1278.

PHilippus Dei gratia Francorum Rex universis presentes literas inspecturis salutem Notum facimus quod cum carissimus consanguineus & fidelis noster R. Comes Attrebatensis nobis conquestus fuisset quod licet per Inquestum dudum super hoc factum Justicia in feodis moventibus de Comitatu Pontini à medio fili aque autye usque ad Somam alvernosam & per medium fili ejusdem aque sicut se comportat directe usque ad Aubelotum de dorlans versus hydinum Clare memorie R. Comiti Attrebatensi Patri quondam Comitis qui nunc est fuisset adiudicata prout in charta regia super hoc confecta contineri dicebat Nichilominus baillivus noster Ambianensis in feodis que obertus Foeteaux miles & Guiotus de Seorcellis armiger ibidem tenent à nobis dictam ju-

sticiam

ſticiam impediebat & perturbabat eidem baillivo noſtro predicto pro nobis dicente dictam Juſticiam in dictis feodis & ſimilibus ad nos pertinere quia que moverent de comitatu Pontini per anteceſſores noſtros acquiſita fuerint per emptionem à Domino de Bella valle Nec inqueſta predicta facta fuerat inter nos ſed inter Comitem Attrebatenſem & Simonem Comitem Pontini & ſic nobis preiudicari non debebat. Dicto conſanguineo noſtro ex adverſo dicente cautum eſſe in carta ſua quod inclite recordationis cariſſimus Dominus & genitor noſter *Ludovicus* Francorum Rex in feodis moventibus de Pontino per ipſum acquiſitis ſitis infra dictos terminos predicto Comiti Attrebatenſi fratri ſuo conceſſerat juſticiam antedictam Auditis hinc inde propoſitis viſa etiam dicta carta pronunciatum fuit per *curie noſtre judicium* dictam juſticiam quantum ad nos pertinet & ſalvo Jure cujuslibet infra dictos terminos ad dictum noſtrum conſanguineum pertinere In cujus rei teſtimonium preſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum Actum Pariſius anno Domini *Milleſimo CC. ſeptuageſimo octavo* menſe Januario.

VI.

VI.

Philippus Rex Comiti Atrebatensi sententiam Ludovici Regis de feudis Pontinensibus confirmat.

Ex auth. 1291.

P*Hilippus* Dei gratia Francorum Rex Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos litteras inclite recordationis Regis *Ludovici* avi nostri vidimus in hec verba. In nomine Sancte & Individue trinitatis Amen *Ludovicus* Dei gratia Francorum Rex Notum facimus quod cum inter dilectos & fideles nostros R. Comitem Attrebatensem fratrem nostrum ex una parte & *Simonem* Comitem Pontini & eius uxorem ex altera super justicia terre comitatus Pontini sicut se comportat à medio fili aque autie, usque ad somam alvernosam & per medium fili eiusdem aque sicut se comportat à dicta soma usque directe ad aubelotum de dourlens versus hisdin questio verteretur & de consensu partium inquesta facta esset per quam fundatum fuit *Philippum* Comitem Flandrie & clare memorie *Ludovicum*

genito-

genitorem noſtrum antequam Rex eſſet tempore *Guilliermi* Comitis Pontin. & tempore predicti Simonis & uxoris ſue infra terminos predictos verſus Hiſdin juſtitiam habuiſſe Judicatum fuit in curia noſtra *Juſticiam eſſe predicti fratris noſtri* R. Comitis Attrebatenſis predictorum Philippi & Ludovici genitoris noſtri ſucceſſoris Infra terminos ſupradictos hoc ſalvo Comiti Pontinenſi *quod habet ibi placitum feodi ubi habet fundum vel Dominium & pro redditibus ſuis & ſervitiis & teloneis eorundem poteſt capere in feodis ſuis de rebus eorundem* Volumus autem & precipimus heredes predicti fratris noſtri eamdem habere juſticiam in his que fuerunt & que tenemus de Comitatu Pontin. infra terminos predictos cum clare memorie Ludovicus Rex pater noſter eidem fratri noſtro pro parte hereditatis contulerit quicquid eidem patri noſtro obvenerat ex parte *Yſabellis* matris ſue ratione cuius exercuerat ibi juſticiam predictus pater noſter Quod ut perpetue ſtabilitatis robur obtineat preſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate & regii nominis caractere inferius annotato fecimus communiri. Datum in egipto in caſtris *ju-*

xta manſoram anno incarnationis dominice *milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono* menſe Marcio regni vero noſtri anno vigeſimo quarto aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna *Dapifero* nullo, *Stephani* Buticularii, *Johannis* Camerarii, *Humberti* Conſtabularii, data *vacante Cancellaria* Nos autem ad ſupplicationem dicti conſanguinei ac fidelis noſtri *Roberti* Comitis Attrebatenſis ob ſinceram dilectionem quam ad eundem habemus omnia ac ſingula ſupradicta ſicut ſuperius exprimuntur concedimus volumus laudamus & etiam approbamus ac de liberalitate regia confirmamus Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum preſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum aput *Britolum* anno Domini *Milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo.* menſe Septembri.

VII.

Transactio inter Archi-Episcopum Trevicensem & Ducem Lotharingiae, de feodis Lotharingicis ad Dominum Trevirensem reversis, & aliis adjectis denuo concessis.

Ex auth. 1334.

NOs *Rudolphus* Lotharingiae Dux & Marchio &c. notum facimus universis, quod cum dudum inter Reverendum in Christo Patrem ac Dominum nostrum D. *Balduinum* Archiepiscopum Trevirensem consanguineum nostrum ipsamque Ecclesiam, ac quam plures suos antecessores ex una & Nos Nostrumque Ducatum praedictum & nonnullos progenitores Nostros Lotharingiae Duces parte ex altera gravium dissensionum, Guerrarum, & contentionum materiae variis temporibus sunt hactenus ventilatae.

Specialiter ex eo, quod Castrum *Siersberg* cum suis Jurisdictionibus & attinentiis universis ab antiquis retro actis temporibus, a dicta Ecclesia Trevirensi in

feudum dependens per Lotharingiae Duces in feudum recipi, à dictae Ecclesiae Archiepiscopis, qui fuerint pro tempore est neglectum.

Item ex eo quod dicti Duces partem Castri *Monclier* olim dicti Schyne & vallis ibidem villae in *Marceto* terrae *Sarckovie* & Advocatiae ibidem cum eorum jurisdictionibus & attinentiis universis, quemadmodum praedicti Duces bona hujusmodi ab olim tenuerunt, quae libere ad Ecclesiam Trevirensem pertinent, jure feudali antiquitus devoluto in ejusdem Ecclesiae non modicum praejudicium occupata diutius detinebant.

Ipseque Dominus noster Archiepiscopus praedictus, dissensionibus hujusmodi sic durantibus ipsum Castrum Siersberg, ejus possessione per ipsum adepta in suis retinuit manibus, tanquam ad ipsum & dictam Ecclesiam Trevirensem pertinens jure feudali legitime devolutum quod per ipsum sumptuosis novis aedificiis ac custodiis est munitum. Praedictum etiam Castrum Monclier, Vallis ibidem, Marcetum, Sarckovia & Advocatia cum eorum attinentiis & alia prout ea praetacti Duces occupata

cupata tenuerunt, certis die juridica & loco conſueto ſuper his per dictum Archi-Epiſcopum & nos communiter & praeciſe praefixis, ſibi & dictae ſuae Eccleſiae *ſecundum jus & conſuetudinem patriae adjudicata fuerunt*, per quam plurimos Comites, Barones, Nobiles & milites qui hoc facere poterant & debebant.

Item ex eo quod Nos & Progenitores noſtri, officiati & ſubditi, ſibi & dictae ſuae Eccleſiae tam in perſonis quam in rebus & bonis ipſis ſubjectis, multiplicia oppreſſionum violentiarum & injuriarum genera contulimus, minus juſte idem Dominus noſter Archiepiſcopus, ut omnium Guerrarum, contentionum & diſſenſiouum materia inter nos hinc inde omnino ſopiatur, & pacis vinculum irrefragabiliter reformetur, omnia praemiſſa nobis liberaliter reſtituit, & dimiſit.

Nos vero eidem Domino noſtro Archi-Epiſcopo ac dictae Eccleſiae ſuae Trevirenſi bona infra ſcripta videlicet.

Caſtrum & oppidum *Sierck*
& *Lummersfeld*

Berris
& dale *Siersberg*
& *Walderfangen.*
& *Velsberg.*
dictam partem Castri *Monclier* &
Vallis ibidem.

Nec non omnia bona & feuda nostra a Marceto.

Infra ubicunque sita cum universis & singulis eorundem bonorum dominiis, Jurisdictionibus, districtibus, Juribus, Consuetudinibus, hominibus, castrensibus, vasallis, fidelibus & subditis, ac eorum pertinentiis quaesitis & acquirendis ad praemissa spectantibus vel in ipsis consistentibus, praesentibus & futuris, & quae ad ea antiquitus quomodolibet pertinebant, de matura deliberatione amicorum nostrorum & fidelium consilio supra portavimus, in ipsius manibus libere resignavimus, & praesentibus resignamus, quae bona prout enumerata sunt, idem Dominus Archiepiscopus nobis ea recipientibus debitis & consuetis solennitatibus adhibitis in feudum concessit & contulit, *antiqua videlicet feuda secundum naturam ipsorum ad jus, usum, & consuetudinem Ecclesiae Trevirensis.* *Nova*

Nova vero ſecundum jus, uſum & conſuetudinem Ducatus Lotharingiae cum onere, fidelitate, Juramentis & Servitiis in talibus feudis debitis de conſuetudine & de jure, per nos & haeredes noſtros Lotharingiae Duces, quotiens Eccleſia Trevirenſis novum Antiſtitem, ſeu dictus Ducatus Lotharingiae novum Ducem habuerint, a dictae Eccleſiae Archiepiſcopo qui pro tempore fuerit, *infra annum recipienda & tenenda* in feudum perpetuo ut eſt dictum &c.

Actum & datum in Villa Martini Eccleſiae prope *Sarburg* Trevirenſis Diocæſis in Eccleſia ibidem Anno Domini 1334. Dominica poſt feſtum Martini Epiſcopi quae fuit decima tertia Novembr.

VIII.

Johannes Comes de Sponheim Dominus in Starckenburg, bona ſua ab Eccleſia Trevirenſi recipit in feodum.

Ex auth. 1338.

NOs *Joannes* de Sponheim Comes, Dominus in Starckenberg & *Meza* de Ba-

varia conjuges &c. notum facimus universis, quod nos ob plura beneficia, & promotiones fructuosas, quas, & quae Reverendus in Christo Pater & Dominus noster, Dominus *Balduinus* Archiepiscopus Trevirensis nobilis saepius impendit, pari consensu, & unanimi voluntate rite & legitime supportavimus & resignavimus eidem Domino nostro, suo, & Ecclesiae suae Trevirensis nomine bona nostra allodialia infra scripta, videlicet mediam partem Castri *Dille*, & quicquid habemus seu habere poteramus in ipso Castro, & ejus suburbio, villis & curiis *Dille*, *Lamsheim*, *Dreiss*, *Creuznach*, *Schwabenheim*, *Clanstro Alawid*, *Perdesveld*, *Capell* apud Kirchberg, *Kyren*, *Vinzenrod*, *Gamunden*, Molendino zu den Hecken, *Kerwiler*, *Gillendorf*, Curia ante Castrum *Dille*, Molendino & Valle ibidem, *Selbach*, *B lche*, *Kelrod*, *Ruckenhus*, *Buchenburen*, *Soren*, *Wallenbor*, molendino in *Huxwiler*, *Luzenhausen*, *Niederweiler*, & quinque sylvis, videlicet *Belgerstrad*, *Steinberfrod*, *Dille*, *Eichholz*, & nemore dicto *der Scheid*, cum Dominiis, castrensibus, fidelibus, ministerialibus, hominibus, Villis, Jurisdi-

ctionibus

ctionibus altis & baſſis, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, piſcariis, venationibus, nemoribus reditibus Juribus & pertinentiis univerſis ad ipſum Caſtrum, ſuburbium, Dominium, nec non Villas & Curias praedictas ſpectantibus, prout ad nos pertinebant, ſeu pertinere poterant, communiter vel diviſim, & quicquid habuimus ſeu habere poteramus in eisdem, quocunque nomine nuncupentur; Item Villam noſtram *Fauerbach* cum dominio, jurisdictione alta & baſſa nec non confingiis & pertinentiis ſuis univerſis ſitis in littore Moſellae, ubi dicta villa Traverbach ſita eſt, & quod nos Joannes Comes praefatus memoratum Caſtrum, bona & villas, ac curias praenotatas cum omnibus Juribus & pertinentiis praetactis recepimus & recipimus, ac nos recepiſſe recognovimus in feudum a praefato Domino noſtro Archiepiſcopo nomine quo ſupra cum onere fidelitatis, juramentis & ſervitiis in talibus feudis debitis de conſuetudine & de jure & recipere, & tenere debebunt dictum Caſtrum, & bona caetera ſupra dicta poſt obitum noſtrum *haeredes noſtri legitimi maſculi, quibus dificien-*

 tibus

tibus foemellae, his dificientibus fratres nostri Henricus & Godfridus cum liberis suis utriusque sexus, quibus non extantibus Blanz-florie Comitissa de Veldentia, amita mei Joannis Comitis praedicti cum suis liberis utriusque sexus a praefato Domino nostro, suisque successoribus Archiepiscopis Trevirensibus in feudum perpetuo ut est dictum recognoscimus etiam nos Comes praedictus quod ab eadem Ecclesia Trevirense in feudum descendunt, & ab antiquis retroactis temporibus descenderunt, pars Castri nostri *Starckenburg* & *Suberheim*, videlicet turris magna & Capella cum toto latere illo, sive parte illa tota praedicti castri & Suberheim quae in Parochia Villae Enckrich sita sunt. Item castrum nostrum *Birckenfeld* cum dominiis & bannis de Birckenfeld & Brambach una cum Valle dicta *Iderdall* & Villis quibusdam sitis prope Bannum prope Brambach praedictum, quas *Cuno* de Duna, Dominus de Lapide a nobis tenet in feudum, una cum omnibus castrensibus, fidelibus, ministerialibus, hominibus, villis, jurisdictionibus altis & bassis, pratis & pascuis, fundis, aquis, aquarum decursibus, piscariis,

ſcariis, venationibus, Nemoribus, reditibus, Juribus & pertinentiis univerſis, & quicquid habemus, ſeu habere poſſumus, & quae a nobis ulterius dependent in eisdem, ſeu ex eisdem Dominiis, Jurisdictionibus & bannis omnibus & ſingulis ſpectantibus ad eadem, quae ab antiquo ab Eccleſia Trevirenſi in feudum deſcendunt ſalvo jure Domini Trevirenſis & ſuorum, & etiam noſtri & noſtrorum, ſcilicet homines S. Petri eo jure quo ipſos ab antiquo tenuimus ab Eccleſia Trevirenſi, quodque nos noſtras munitiones, Villas, Jurisdictiones, Dominia, homines, atque bona dudum recepimus, recipimus & tenemus in feudum a praefato Domino noſtro Archiepiſcopo Trevirenſi, Item ab eodem Domino noſtro Trevirenſi villas noſtras *Elchwiler* & *Durpach* ſitas in banno ſeu dominio de Brambach quae ante ab ipſo Domino in toto non dependebant, de novo recipimus ac nos recipiſſe recognovimus in feudum & tenere; In cujus rei teſtimonium atque robur praeſentibus ſigilla noſtra ſunt appenſa, & rogavimus Nos ambo Conjuges praedicti, & praeſentibus rogamus ſpectabiles ac Nobiles viros

viros Dominos *Georgium* Comitem Hirſutum, *Arnoldum* & *Gerhardum* Fratres, Dominos de Blanckenheimb, *Hartardum* Dominum de Schoneck, *Gerhardum* Advocatum de Hunolcſtein, *Hugonem* de Lapide, ac ſtrenuum Dominum *Flache* ſigilla ſua una cum noſtris ſigillis appendere ad praeſentes in teſtimonium omnium praemiſſorum, & Nos Georgius Comes Hirſutus, Arnoldus & Gerhardus Fratres Domini de Blanckenheimb, Hartardus Dominus de Schoneck, Gerhardus Advocatus de Hunolſtein, Hugo de Lapide ac Wilhelmus dictus Flache milites praedicti recognoſcimus Nos ad Preces ſpectabilis Viri Domini Joannis Comitis de Sponheim Domini in Starckenborg, nec non Dominae Mezae de Bavaria conjugum praedictorum ſigilla noſtra una cum ſigillis eorundem in evidens teſtimonium omnium præmiſſorum praeſentibus appendiſſe. Datum Anno Domini 1338. Sabbatho proximo ante diem S. Matthiae Apoſtoli.

IX.

IX.

Conceſſio ad colligendas Eleemoſinas pro aedificatione Hoſpitalis St. Spiritus, in Einbeck.

Ex auth. 1300.

VNiverſis plebanis eccleſiarumque Rectoribus & Conſulibus Civitatum Dominorum Ducum de Bruneſvvich aliisque plebanis & eccleſiarum Rectoribus exrra civitates in dominio eorum conſtitutis ad quos litere preſentes pervenerint, *R. Advocatus cum univerſis conſulibus in Einbecke* paratam ad omnia voluntatem. Vniverſitatem veſtram ſcire volumus quod Dominus Dux *Albertus* quondam Princeps illuſtris de Bruneſwich felicis memorie quoddam Hoſpitale novum in honore Sancti Spiritus & beate Marie nec non beati Johannis Baptiſte & omnium Sanctorum intra muros noſtre civitatis Eimbicenſis inchoavit, ubi jam paupères infirmi diverſis cruciatibus & doloribus in carcere domini detinentur, ubi non ſolummodo infirmi ſed etiam pauperes homines & pere-

grini

grini pupilli & Orphani quibus hoſpitium in propria civitate denegatur, recipiuntur & reficiuntur. Pueri quoque qui quandoque à matribus ſuis Dei timore poſtpoſito ante fores eccleſie deponuntur, vel in aliis locis nocturno tempore tanquam cadavera miſere abjiciuntur, ſi viventes inveniuntur in eodem Hoſpiiali recepti usque ad annos diſcretionis in omnibus neceſſariis procurantur Preterea opera miſericordie omnibus indigentibus illic miniſtrantur de quibus Dominus in die judicii faciet mentionem & retribuet habundanter hiis qui erunt de numero ſalvandorum dicens venite benedicti & cetera. Noveritis etiam quod nova Capella & alia edificia ſumtuoſa ad neceſſitatem infirmorum ibidem edificantur Cum igitur ex ſeminibus terrenorum celeſtia metere poſſitis & predictis pauperibus ad hec omnia perficienda proprie non ſuppetant facultates. Nuntios ejusdem hoſpitalis viros honeſtos ad veſtram gratiam duximus transmittendos Rogantes cum ipſis & pro ipſis intime Quatinus cum ad vos venerint pro ipſis infirmis & pauperibus in veſtris eccleſiis petitionem fieri concedatis ut autem ad bene-

benefaciendum jam dicto hoſpitali veſtrum deſiderium ferventius accendatur Theodericus Epiſcopus vir vite venerabilis nobis quondam commanens omnibus qui ſecundum ſuam Facultatem manus exhibuerint predictis pauperibus beneficas unam carenam & unum annum de injuncta penitencia dummodo contriti & confeſſi fuerint miſericorditer relaxavit. Oblita quoque peccata & exceſſus filiales * ſi in ipſos manus non injecerint violentas. Sciatis autem certiſſime quod in omnibus negociis & peticionibus veſtris, ſi quos ad nos dirigitis, parati erimus ſtudioſiſſime ſi predictorum nunciorum fideles promotores extiteritis & attenti modis omnibus promereri. Datum anno Mo CCCo in die beati Gregorii Pape.

X.

Stapphorſtii Eccleſiae in Millinghauſen aliqua dono dant.

Ex Auth. 1345.

NOs *Thidericus* de Staphorſt miles, *Johannes* & *Thidericus* famuli ejusdem Thide-

* intellige in parentes.

Thiderici militis Filii legitimi cum maturo consilio & consensu ac plena voluntate omnium heredum nostrorum tam posteris quam presentibus quibus he litere fuerint exhibite salutem in omnium Salvatore. Recognoscimus & publice profitemur per presentes quod nos Dei omnipotentis intuitu ac beate Marie Virginis matris ejus, beati Johannis Baptiste & Dyonisii Sociorumque ejus martyrum ac omnium Sanctorum decimam intercepta cum minuta dotis ecclesie in Millinghausen Minden. dyoces. ob salutem nostrarum & parentum nostrorum animarum ac ad instantiam Thiderici dicte ecclesie Pastoris predicte ecclesie in Millinghausen pro dote & Thiderico Pastori ejusdem ac suis successoribus jure hereditario contulimus ac in his scriptis conferimus libere & pacifice sine omni nostra ac omnium heredum nostrorum inpetitione seu molestia cunctis temporibus possedendum Ita tamen quod Dominus Thidericus predictus ac sui qui pro tempore in prefata ecclesia fuerint successores de dicta decima memoriam nostrorum & Lutghardis Meyghildis ac Hibbele nostrarum legitimarum & Luitghardis

ghardis filie Domini Thiderici militis predicti Nec non parentum noſtrorum videlicet Thiderici & Alheydis Gerhardi & N. dicti de Staphorſt Gerhardi & Erbergis de Horne militum eorumque majorum ſingulis annis in ſepe dicta eccleſia ſemel cum miſſa & Vigyliis ſolenniter in perpetuum decantabunt Ne vero noſtra donatio dubium cuiquam in poſterum generet aliquale preſentem paginam exinde confectam contulimus & noſtris confirmamus cum ſigillis. Datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Quadrageſimo quinto In feſto Purificationis beate Marie Virginis.

XI.

Sigiſmundi Diffidatio Philippi Burgundi propter terras Imperio devolutas, ab eo detentas.

Ex auth. 1434.

NOs *Sigismundus* &c. Tibi *Philippo* Burgundie Duci tenore preſencium ſignificamus Quod licet multis pateat evidenter tua temeritas rebellio & inobediencia

qua per non nulla annorum curricula ſuperioritatis reverencia aſpernata & Romani Imperii cuius ſubditus & Vaſallus exiſtis ſuffragium dehonorando noſtram maieſtatem & idem Imperium multipliciter contemſiſti Et non minus liqueant ipſe iniurie & contemptus quibus usque modo nondum voluiſti, ea à nobis & ſacro Romano Imperio recognoſcere que pater tuus vita functus debite recognovit. *Verum eciam notabiles principatus ſive Dominia in inferioribus partibus Almanie ad ſacrum Romanum Imperium iuſte & legitime devolutos ac eciam aliqua nobis hereditario Jure pertinentia ſine Juris ordine ſurripuiſti*, pro te uſurpas, & hodie nobis contradicentibus temere detines occupatos Et licet propter ipſius rebellionis tue actionem & elatum inverecundumque facinus nobis licuiſſet, dudum adhibere remedium & huiusmodi inſolencias virtute ſacri Imperii juxta demerita rigoroſa referenare Attamen nos qui more Romani Principis prout ad pietatem ſemper ſumus patens habentes gremium Affectantes ſummopere te obedientem & revertentem ſuſcipere per multum jam temporis ſpatium debitum tuum praeſtolantes

lantes nihil ſentimus penitus Recognitionis, quin potius refutatis penitus noſtris iuſtis oblationibus non minus gracie quam iuſtitie prout oratoribus tuis notum eſſe poteſt, dietenus tua inobediencia accreſcente terras imperii tenes indebite occupatas Que omnia ex officio Ceſarei noſtri culminis cuius eſt augere Imperium iuraque ſua tutare & defendere amplius tolerare non valentes intendimus & Deo propitio volumus noſtrorum & Imperii ſacri electorum & aliorum Principum nobilium & comitum & aliorum amicorum & benivolorum noſtrorum accedente ſubſidio ad recuperacionem terrarum & iurium ſacri Imperii & ad dampnum moleſtiam & offenſam tuam terrarum tibi ſubditarum & omnium tibi adherencium totis viribus noſtris intendimus cum effectu. Hec omnia tibi pro adviſacione debita notorie intimantes quibus te atque tuos iuxta morem Imperii ſolempniter diffidamus & diffidatos eſſe volumus per has noſtras apices honori & dignitati noſtris in hoc realiter precaventes vigore preſencium ſub noſtri Imperialis ſigilli appenſione.

XII.

Philippus Dux Burgundiae à Francofurtensibus, quibus de Sigismundo Imp. conqueritur, petit, ut ei non adsint.

Ex auth. 1434.

Dux Burgundie Brabantie & Lymburgie Comes Flandrie Arthesii Burgundie Hanonie Hollandie Zelandie &c. & Namurcen.

PRudentes & discreti viri amici dilecti Ad nostrum noviter pervenit auditum non sine admiracione vehementi dominum *Romanorum Imperatorem* de mense Junii preterito *In opido Vlmensi cum Delfino adversario nostro seu ejus ambaxiatoribus sive* procuratoribus eius nomine a l hoc potestatem habentibus, *certas contra nos ligas & confederaciones iniisse* literis & Juramentis hinc inde desuper prestitis & receptis publice roboratas nos nostrasque potestates & dominia & subditos & incolas corundem hostiliter diffidare proponens &

& in proſecutionem diffidacionis huiusmodi diſpendium noſtrum & Gravamen omnibus modis querere, comites & barones vaſallos & ſubditos noſtros ut nullum nobis preſtent auxilium conſilium vel favorem litteratorie niſus eſt inſtigare. Et pari modo nonnullos prelatos principes nobiles & opida Alamanie & Germanie inducere procurat, ne nobis faveant aut ſuccurrant quoquo modo, quin ymo ad arma ſe preparent, celſitudinem ſuam Ceſaream contra nos ſecuturi, dum fuerint vocati, qui ſic collectis undique viribus preparare ſe ſatagit, ad guerram nobis Inferendam & dominia noſtra hoſtiliter Invadenda, hac ut prefertur ſue erga nos indignacionis ſumpta occaſione, quod nos licet Requiſiti fidelitatem & homagium ſue Majeſtati facere dedignaremur, de terris & dominiis quas & que inclite memorie quondam dominus genitor noſter, tenuit & releuauit ab eadem, quasque tenemus de preſenti, quaeque & nonnulla alia principatus & dominia, ad ipſum ut pretendit, tam ex devolucione quam ex hereditario Jure ſpectantia, contra racionem & Juſticiam violenter teneremus oc-

cupata Refutantes desuper parere Juri, licet sufficienter super hoc ex parte sua ut pretendit, fuerimus Requisiti, quibus attentis opus erat sibi prout asserit, ut nos ad suam Inflecteret obedientiam, cum predicto adversario nostro se confederandi, ac alios principes quoscunque ad suum presidium invocare, heu quam exigua est hujusmodi occasio, quam exilis hic color tanti principis, non perpendentis qualiter Idem adversarius noster dictum dominum genitorem nostrum pro bono pacis Regni Francie, & sub omni federe ac securitate in ejus provincia existentem dira fecit morte consumi & Inhumaniter trucidari, ob quam causam ipse Dominus Imperator, ejusdem Domini genitoris nostri, qui cum ipso confederatus ejusque consanguineus fuit & Vasallus, mortis reparacionem potius querere deberet quam dicto adversario nostro assistenciam afferre contra nos & prebere, Nichilominus Idem Dominus Imperator, tali quali palliacione assumpta, eidem adversario nostro confovendo, plus scandala & disturbia quam pacem & vnionem propter favores inordinatos non solum in odium nostrum

sed

ſed utique in diſpendium Domini noſtri Regis Francie & Anglie ſuſcitare non eſt veritus & augmentare unde veroſimiliter, cum horrendo & multiplici perſonarum Chriſticolarum deletu, niſi Deus avertat, lugubres inde ſuccedent & invaleſcent eventus Et quicquid ipſe Dominus Imperator in contrarium producere intendit, obtulimus revera nos ſemper paratos ac predilectos & fideles conſiliarios & cambellanos noſtros, viros nobiles, Johannem Comitem Friburgi & Novicaſtri & Wilhelmum Marchionem de Hochberg Dominum de Rethelingen & alios ambaxiatores & nuncios noſtros ſolempnes offerri fecimus eidem, Ipſum pro Domino noſtro & ſuperiore recognoſcere, Racione Dominiorum noſtrorum predictorum que ſub ſacro Imperio poſſidemus, facereque omnia & ſimilia, que anteceſſores noſtri ſibi & ſuis anteceſſoribus Romanis Imperatoribus ſive Regibus fecerunt de eisdem quod hucusque recipere diſtulit, & recuſavit de quorum eciam juſto titulo & bono Jure pragmatica xanctione fulciti cum poſſeſſione pacifica eorundem, nedum que nobis ex patris, ſed & aliorum

 paren-

parentum & progenitorum noſtrorum ſucceſſionibus, abſque hoc quod aliqualis devolucio aut mortua manus ſibi locum vendicare poterit provenere nullatenus eſt heſetandum, Quippe excogitare neſcimus, quid umquam noſtra manſuetudo contra ſuam Majeſtatem attemptaverit, preſertim cum ipſe predictum quondam Dominum genitorem noſtrum quamdiu vixit & nos de poſt ſimiliter cariſſimum ſuum conſanguineum & principem ſuis litteris nuncupavit, offerens ſe pro pace Regni prefati Reformanda totis viribus laborare, pro qua ſalubriter conſequenda, Dei principaliter, necnon & populi Chriſtiani maxime regni prelibati lamentabiliter deſolati Intuitu, obtulimus nos ſemper promptos & paratos, prout ſanctiſſimi Domini noſtri Pape, ac ſacroſancti generalis Baſileenſis Concilii oratoribus ex parte eorundem propter hoc ad nos deſtinatis duximus reſpondendum. Cur ergo provenit tam repentina mutacio, quod Princeps & Dominus qui pacis & concordie voluit eſſe Reformator jam parcialitatum ac diviſionum ſit auctor, quique deberet eſſe defenſor Vaſſalli ſui fidelis, ejus

ut premittitur fit inimicus, nonne ex ſue erga nos indignacionis ſumpta occaſione predicta, tali quali nequaquam ymo verius ut prefertur propter manus ſue premium certe pecuniarum ſumme quam memoratus adverſarius noſter ſibi obtulit & pollicitus eſt, ut eidem contra nos aſſiſtat, queque prima fronte credere poteramus cum difficultate, Nichilominus ea ipſa, que fama communi referente didicimus veſtris prudenciis ſignificamus, de earundem legalitate probitate ac induſtria plenarie confidentes, quia ſine medio & conſilio veſtro ſepefatus Dominus Imperator in ſupradicti adverſarii noſtri favorem inordinatum noſtrumque diſpendium Guerram predictam ullatenus acceptavit, quinymo vobis & cuilibet ſane ſapienti luculenter apparere poteſt, Guerram hujusmodi eo caſu Racionabili fundamento carere foreque indebitam & injuſtam. Quapropter predictas veſtras prudencias ex intimis viſceribus cordialiter deprecamur quatenus ſi forte contingat prenominatum Dominum Imperatorem, à vobis aut veſtris armatorum copiam, aut aliud quodcunque ſuffragium, in noſtrum no-

 ſtro-

ſtrorumque Principatuum Dominiorum mercatorum & ſubditorum oppreſſionem & diſpendium Guerrando ſive arreſtando implorare Illud eidem tanquam irracionabile & injuſtum, nullatenus conſentire ſive impertiri velitis, quin potius, eo denegato à quocunque hoſtili incurſu contra nos atque noſtros deſiſtentes mercatores & ſubditos noſtros cum eorum mercanciis & rebus omnibus ſub veſtro ſalvo & ſecuro conductu per poteſtates & diciones veſtras libere pacifice & quiete, venire tranſire & morari permittatis, eosdem adeo benigne & favorabiliter recolligentes & pertractantes atque pertractari facientes, quemadmodum veſtrates ſub noſtris declinantes dominiis velletis pertractari, nobis ſi placet reſcribentes per latorem preſencium litterarum tempus recepcionis earumdem, & quicquid in premiſſis & ſignanter de mercatorum & ſubditorum noſtrorum Recepcione & proviſione oportuna, pro communi bono pacis & Reipublice noſtri intuitu & favore, decreveritis faciendum; una cum veſtris beneplacitis atque gratis. Prudentes & diſcreti amici dilecti Altiſſimus vos conſervet

servet feliciter & ad votum scriptum Bruxelle mensis Julii die XIIII. Anno &c. XXXIIII.

Dynter

Prudentibus & discretis Viris Burgimagistris Scabinis & Consulibus Civitatis Francfordie amicis nostris sincere dilectis.

XIII.

Rhilippi Burgundi Refutatio Imper. Sigismundi rationum belli, ubi simul ostenditur, feuda inferioris Germaniae Imperialia, esse Successionis femineae.

Ex auth. 1434.

PHilippus Dux Burgundie Brabantie Limbirogie Comes Flandrie Artesii Burgundie hannonie Zellandie & Namurci Spectabiles & egregii viri amicique sincere dilecti. Nove nos Impellunt insoliteque & nimis ut se monstrant inadvisate factiones quas erga nos a nuper exercuit & continuare non desinit *Sigismundus* se pro Imperatore gerens Justiciam nostram sicut Deo cui

cui cor omne patet & nullum latet secretum in hac parte nota est. Ita & hominibus ad fame nostre conservationem & Jurium nostrorum hereditariorum, que nobis reliquere nostri progenitores, quorum adhuc celebris & immaculata gloria perseverat, manifestam faciamus, ut si quos forsan ad devia rerum gestarum incognite veritatis error abduxerit, ejusdem ipsi certa cognitione rectitudinis ad metodum revocentur. Nuper siquidem spectabiles viri sicut tam per scripta nostra quam facti ipsius evidenciam credimus ad noticiam vestram pervenisse dictus Sigismundus cujusdem exquisiti coloris pretextu *cum adversario nostro se Regem Francorum dicente in Vlmensi civitate ligam inivit & pactum* non ignarus cujus inhumane & nunquam similiter audite crudelitatis in defunctum genitorem nostrum, qui pacis amator ad eum pro pace venerat ipse noster adversarius actor fuerit & patrator. Et cum ingratitudine viciosissima Idem Sigismundus penitus immemor & oblitus illius curialissimi servicii & non parum potentis obsequii quod dudum ipse genitor noster sibi ministravit corpus proprium & mili-

ciam

ciam ſuam cum generoſa procerum multitudine pro recuperacione Hungarie Regni ſui pecculiaris exponendo. Vbi etiam per hoſtes fidei & dicti Sigismundi captivatus grandem in corpore & bonis ſuaque milicia pro eo jacturam tolleravit. Si vero ligam ipſam mediis honeſtis contraxerit, veritati relinquimus. Sed conſiliari niſi turpi racione amor turpium non poteſt nec caret evidenti ſuſpicione tam ſubita mentis ſue mutacio nulla quacunque colorata ratione cum quo noſtri Recolende memorie progenitores ſemper in pace vixerunt Et nos hysque noſtra ſunt ſufficienter contenti cum quanto debito Deum teſtamur nos ſemper habuerimus erga eundem Sigismundum Et quantum cum Juſticia debuimus per nobiles cambellanos & conſiliarios noſtros *Comitem Friburgi* & *Marchionem de Hochberg Dominum de Rothelin* aliosque noſtros ſolennes Ambaſſiatores offerri ſibi fecerimus *nos ea exhibituros Imperialia Jura, que pro Dominiis, que ſub Imperio poſſidemus Romanis Imperatoribus noſtri ſuis temporibus exhibuere predeceſſores.* Nunquid ſatis fuit hec noſtra dicto Sigismundo facta liberalis oblacio aut liceat

novas

novas excogitatasque a nobis & Dominiis noſtris exquirere ſervitutes. *Ait ipſe quedam ex Dominiis noſtris in Inferioribus partibus Almanie, Imperio fore devoluta pretendens ut alias declaravit ipſa dominia mortue manus affecta ſervitute & cum ad ea femine non ſuccedant in maſculorum ſuccedencium deffectum devolucionem locum ſibi vendicare* Noviter hec excogitata queſtionis occaſio ſui notoria nullitate reſponſum non meretur. Quod enim ejus oppoſito nocius. Loquantur ab evo de Dominiorum predictorum Regie compoſite deſcriptiones & hiſtorie. Teſtentur in ſeclo viventes quorum non eſt numerus ipſa dominia feminas usque ad nos vidiſſe poſſidere & à tempore de cujus inicio non exiſtit hominum memoria Imperatoribus qui pro tempore fuerunt ſcientibus & notorie videntibus, ac ipſo eodem Sigiſmundo nunc uſque conſencientibus nec ſicut non poterant aut debebant obſtantibus vel contradicentibus ſuis diebus quam diu vixerunt pacifice & quiete tenuiſſe quod eciam ampliori velle probacione deducere ſolem eſſet facibus illuminare Conſtat ergo luce clarius honorabiles & egregii viri ejusdem

Sigiſ-

Sigiſmundi erga nos acceptam queſtionis occaſionem nichil rationis habere & ſui ipſius invalitudine confundi. Et huic nichilominus inherendo ſi in predicto pretenſo ſuo principali modicum Juſticie coloris habuerit, minus habet in modo procedendi. Noſtris enim oblacionibus antedictis omnino ſpretis, & ab eo minus deliberate recuſatis nulloque temperato moderamine in liga forſan predicta confidens litteras diffidacionis nobis fecit intimari. Quarum ex certa cauſa veram copiam veſtris amiciciis cum preſentibus duximus tranſmittendam Ex quarum tumido tenore cujus ſint enormitatis & Inſolencie prudenciis veſtris ſtatim conſtare non ambigimus, Longe diſtant à verbis ejus qui ſe preconizavit in deſolatiſſimo Francie Regno futurum pacis actorem hujuſmodi Repentine ſue factiones quibus qui arbiter aut mediator ſperabatur partem ſe conſtituit, & qui credebatur unionis euuangelizator diviſionis & guerrarum ſe preparat auctorem, licet autem honorabiles & egregii viri in eo cujus eſt Juſticiam tueri de Jure noſtro ſpem noſtram reponentes confidamus Jura noſtra dominiorumque

niorumque noſtrorum in quibus quam verus nobis eſt antiquatusque titulus nemo ſane ignorat cum ratione deffendere. Quia tamen ad hos fines devenimus ut viam Guerre & hoſtilitatis apud nos ipſe Sigiſmundus ut prediximus. pro ſue indebite libito voluntatis attemptaverit, cujus preſumptuoſis conatibus de divine gratie ſuffragio cum Juſticia noſtra confiſi noſtrorumque conſanguineorum parentum amicorum Vaſſallorum ſubditorum benivolorum & confederatorum accedente ſubſidio ſperamus viriliter & animoſe reſiſtere Reipublice noſtrorum ad inſtar progenitorum integritatis tota mente zelatores ne forte Guerrarum & hoſtilium incurſuum exinde ſecuturorum occaſione gravia & lamentabilia paciatur in tempore detrimenta dilectiones veſtras per noſtras preſentes litteras de premiſſis duximus adviſandas, eaſdem per harum ſeriem ſincere requirentes quatenus premiſſis omnibusque in ea qua narrata ſunt veritate conſiſtere certifficamus. attente conſideratis per veſtras patentes & auttenticas litteras pro tanta Re ſecuram fidem ubique facturas nobis ſignifficare velitis &

nos

nos competenti & tali quam firmam tenere debeamus ſecuritate reddere Cerciores, An predicte diffidacionis occaſione ſive colore, & dicto Sigismundo in ſue mentis indurato propoſito minus rite ordinato graſſante, ac diffidaciones predictas continuare volente. Vos nichilominus eccleſiaſticos viros mercatores viatores peregrinos & alios guerrarum & armorum expertes ſubditos noſtros dominiorumque noſtrorum incolas & habitatores per terras diſtrictus & dominia veſtra pro ſuis mercanciis viarum actionibus & aliis ſibi neceſſariis tranſituros manſuros ituros & reuerſuros cum ſuis Rebus bonis mercibus. & univerſa ſuperlectili permittere velitis plena ſecuritate gaudere eisdem de ſalvis conductibus & aliis neceſſariis ſecuritatibus ad viarum ſuarum complementa ſicut antea quam inſurgerent Sigismundi predicti diffidaciones tam per terram quam per aquam portus & littora maris & fluviorum more ſolito providendo Nos enim in hoc caſu propter preſentem Rei zelum quem cordi gerimus & ſingularem veſtram quam optamus amiciciam ex parte noſtra eccleſiaſticis viris mercatoribus viatoribus

peregrinis & aliis guerrarum & armorum expertibus ſubditis veſtris terrarumque & Dominiorum veſtrorum incolis & habitatoribus per terras & Dominia noſtra tranſituris manſuris ituris & reverſuris diffidacione & guerrarum hoſtilitate predictis non obſtantibus idipſum ſimili modo nos offerimus preſencium tenore libentes acturos ſuper his igitur honorabiles viri ſicut res expoſtulat attente rogamus quatenus per preſencium portitorem quem pro hac Re nuncium propium ad vos Inpreſenciarum deſtinavimus de veſtra ſuper hoc Intencione & deliberato Reſponſo nos ad plenum certificare curetis per eundem nobis grata veſtra que nos facturos volueritis intimantes que nos offerimus impleturos bono corde. Scit Altiſſimus qui vos ad optata feliciter & proſpere conſervare dignetur ut optamus in longevum ſcriptum in villa noſtra Divionenſi nona Martii.

Trouſon

Spectabilibus & egregiis Viris Magiſtro Civium Proconſulibus Conſulibus Civitatis Franckonienſis amicis noſtris ſincere Dilectis.

XIV.

XIV.

Francofurtensium litterae ad Burgundum, quibus durante bello inter eum & Sigismundum, omnibus ejus subditis securitatem spondent.

Ex auth. 1435.

Serenissimo ac potenti Principi Domino Domino Philippo Duci Burgundie &c. Comitique Flandriae Arthesii &c. nostro Domino gratioso.

VOluntariis Serviciorum generibus humili cum subjectione premissis nuper quidem Princeps preclare vestre serenitatis scripta ad nostrum devenerunt examen quo tangere videntur Illustrissimum Principem & Dominum Dominum *Sigismundum* Dei providentia Romanorum Imperatorem semper Augustum Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie &c. Regem nostrum Dominum graciosissimum cum copia quadam cujusdam littere diffidacionis prout ejus Cesarea Majestas vestre gracie tunc scribere curavit que revera animum

noſtrum non modicum turbarunt ymo cum veritate dicere poſſumus teſtante ſecretorum cognitore quod inter cetera in eisdem narrata guerras illas & diſcordias de quibus ibidem cavetur inter prefatos Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Dominum Sigismundum &c. & veſtram dominacionem motas & exortas in noſtris cordibus graviſſimo geſſimus cum dolore & hodie diſplicenter ferimus dignetur ergo ſummus pacis amator ſemotis litium anfractibus diſcrepantes ad viam reducere unitatis & cuncta in bonum & jucundum finem ordinare inſuper & principaliter affectat gratia veſtra mercatoribus veſtris viatoribus peregrinis aliisque vobis ſubjectis ſalvum conductum preſtari ſuper quo veſtram optamus graciam ſcire pro reſponſo quod nos in proximis transactis ipſius Sacri Imperii & noſtris nundinis quadrageſimalibus dedimus & liberaliter contulimus predictis veſtris mercatoribus aliisque vobis ſubjectis ad inſtanciam eorundem ſalvum conductum & *plenam ſecuritatem in corpore & bonis penes nos in noſtro opido Franckfordenſi quemadmodum & retroactis conſueti fuimus dare temporibus.* Et ut magis gracie

veſtre

veſtre valeamus complacere nos damus preſentibus in ſcriptis prefatis civibus mercatoribus viatoribus peregrinis & aliis veſtre potencie ſubjectis ad viarum ſuarum complementa tranſituris ituris manſuris & reverſuris à nunc usque ad feſtum Martini proxime futurum in ipſorum perſonis & rebus ſalvum conductum & plenam ſecuritatem in dicto noſtro opido Franckenfordenſi juxta ipſius opidi longeve conſuetudinis obſervanciam ſignanter ſuper impeticionibus & debitis graciam veſtram ſeu locum unde quilibet extat oriundus concernentibus ſi qui vero eſſent racione perſonarum ſive rerum ſuarum ſingulariter obnoxii ad tales ſecuritas predicta non extendetur *quinimo ſi ipſi apud nos in noſtro judicio ſeculari judicialiter impeterentur haberemus neceſſe in iſto facere ſecundum quod noſtre Jurisdictionis ſtilus & curſus requirit* verum eciam ſi qui banno imperiali aut ultra forent innodati tales & extra tempora noſtrarum nundinarum non facimus predicta ſecuritate gaudere & ſuo dum volunt ſtabunt periculo & fortune Et in caſu quo non poſſemus quod Deus avertat dictos veſtros mercatores & alios

veſtre dominacioni ſubjectos aſſecurare modo prenotato tunc intendimus & volumus id deſignare & deſcribere honeſtis & prudentibus noſtris amicis conſulibus in Maſtrich tam tempeſtive quod ipſi idem ulterius poterunt aliis veſtris ſubjectis civitatibus in Brabancia & circumcirca jacentibus quarum incole & inhabitatores noſtras conſueverunt viſitare nundinas commodoſe intimare in finem hunc ut ſe ſecundum illa interinata & deſcripta regere valeant & tenere. Datum die XX. menſis Maii ſub dicti opidi noſtri *Franckfurt* ſigillo anno XCCCC XXX Vo.

Proconſules & Conſules opidi Franckenforden.

XV.

Alberti Mindenſis conceſſio capellae pro vico Wangelſte.

Ex Auth. 1466.

ALbertus Dei & Apoſtolicae ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis univerſis & ſingulis, ad quorum hae noſtre litterae pervenerunt

venerunt notitiam , ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ex relatione pauperum leproſorii in *Wangeliſte* noſtrae Dioeceſeos dedicimus, quatenus nunc à decem viginti triginta quatraginta annis & circa, ſicut & ceteri Parochiani eccleſiam ſancti Bonifacii *Hameln.* praefatae dioeceſ. tanquam parochialem viſitare miſſam & alia audire Divina, Deique verbo imbui & informari intime totiusque cordis ſui devotione dudum intrare anhelaſſent , tamen quia propter nimiam diſtantiam eccleſiae parochialis praedictae etiam quia morbo horrendo gravati in via ſaepius viribus corporis deſtituti ipſam vererentur intrare & prohiberentur viſitare qua propter ipſorum nomine à nobis fuit humillime ſupplicatum quatenus ipſis contra dictum defectum ſive impedimentum de remedio ſalubri dignaremur providere & opportuno volentes igitur pro ut tenemur preces juſta petentium exaudire & dictis pauperibus de remedio providere tenorem prædictam concedimus, damus , & admittimus cauſis ex praemiſſis, ut ipſi pauperes aut eorum proviſores & ſupradicta parochia ſancti Bonifacii *in loco ſuae habitationis*

gruo Capellam & Altare in eo de novo erigere construere instaurare ac dotare valeant, & possint ibidem Coemiterium ecclesiasticum deputare & habere ac etiam ut Oldermanni sive Provisores eorundem pro rectore ejusdem Capellae & Altaris sibi sacerdotem probum & honestum eligere & assumere possint toties quoties necesse fuit & ipsis visum fuit expedire qui etiam dictam Capellam & Altare regendi in eaque missam ac alia divina legendi & exercendi ac eos sepeliendi plenariam & liberam habeat potestatem jure tamen dictae parochialis Ecclesiae & alterius cujuscunque in aliis semper salvo & illaeso remanente in cujus rei testimonium hanc nostram paginam nostri Vicariatus sigilli appensione jussimus communiri datum in *Minda* Anno Domini 1466. die vero undecimo Mensis Aprilis.

XVI.

Henrici Mindensis litterae indulgentias concedentes pro Capella Wangelistensi, insertis aliis ab antecessore datis.

Ex auth. 1475.

*H*Inricus Dei & Apostolicae sedis gratia Episco-

Epiſcopus Mindenſis Univerſis Chriſti fidelibus praeſentes noſtras litteras inſpecturis & audituris ſalutem in Domino ſempiternam ſane accepimus quod dilectus ac devotus noſter frater Johannes *Kreyenberch* Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini beatae Mariae Virginis Monaſterii in Wittenborch Hildeſienſis dioeceſ. in honorem Dei Omnipotentis Matris ſuae glorioſae ac benedictae Annae in remiſſionem ſuorum peccaminum & fidelium animarum ſalutem quandam Capellam novam pro utilitate & neceſſitate hominum leproſorum prope Hamelen noſtrae dioeceſ. dum quondum Rector Parochialis eccleſiae in Artelſen extiterat erexerat atque fundaverat bonisque temporalibus quantum potuit, eandem dotaverat atque bonis ſpiritualibus eandem Capellam à felicis recordationis praedeceſſore noſtro elargiri & concedi impetraverat, inſuper aures noſtras humili & indefeſſa ſupplicatione minime pulſare deſiſtebat quatenus per predeceſſorem noſtrum elargita & conceſſa approbare & confirmare nec non de Theſauro nobis divini-

tus concesso praefatam Capellam beatae Annae in salutem fidelium animarum studio devotionis ampliori promovere & exaltare dignaremur cujusmodi praedecessoris nostri litterarum tenor de verbo ad verbum hic est insertus sequitur & est talis;

Albertus Dei & Apostolicae sedis gratia Episcopus Mindensis Universis & singulis Christi fidelibus praesentes nostras litteras inspecturis visuris & audituris salutem in Domino sempiternam; sane sicut accepimus dilectus noster Johannes *Kreyenberch* Rector parochialis in Artelsen nostrae dioeceseos in honorem omnipotentis Dei & beatae Mariae Virginis nec non sanctae Annae ejusdem beatae Mariae matris novam Capellam domui leprosorum extra muros opidi Hamelen dictae nostrae dioeces. *prope villam Wangelist* contiguam ut pauperes in domo illa degentes & ad eam confluentes magna quiete absque aliorum taedio Deo valeant deservire de bonis sibi à Deo collatis pro suo ac parentum suorum & fidelium animarum remedio & salute

ſalute erexit fundavit inſtituit & dotavit Ut eciam Capella praedicta ferventius & devotius à Chriſti fidelibus frequentetur omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus Capellam ipſam devote viſitantibus ac Coemeterium ejusdem Capellae cum Oratione dominica & Ave Maria pro fundatore & animabus fidelibus ſincere & ſuppliciter orantibus circumeuntibus manusque adjutrices pro luminibus & ornamentorum dictae Capellae ſuſtentatione & conſervatione porrigentibus quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis poenitentiis de quolibet patrono de progenie ſanctae Annae patronae toties quoties miſericorditer in Domino relaxamus, inſuper ut fidelium devotio erga Capellam praedictam augeatur pauperibus praedictis in domo ipſa degentibus & pro tempore confluentibus auctoritate noſtra indulgemus ut interdicti & ceſſationis divinorum tempore dicta noſtra auctoritate vel judicum aut Commiſſariorum in dioeceſi noſtra Jurisdictionem exercentium poſiti clauſis Januis interdictis & excommunicatis exclusis Miſſas & alia divina officia audire &

illis

illis interesse nec non in sanctae Annae patronae & dedicationis diebus singulis annis divina officia solennia publice apertis januis celebrare & celebrari facere possint & valeant tenore praesentium plenariam in Domino largimur & concedimus facultatem non obstantibus omnibus & singulis in fundatione dictae Capellae cautis & expressis ac aliis in contrarium facientibus, quibus in hac parte derogamus expresse in quorum omnium fidem & testimonium praesentes nostras litteras exinde fieri & nostri Vicariatus Sigilli jussimus appensione communiri sub anno à nativitate Domini *millesimo quadringentesimo sexagesimo nono* Indictione secunda die vero Sabbathi octava mensis Aprilis nos vero piis dicti fratris Johannis monitis & affectionibus inclinati Venerationem quoque suam in Domino esse devotam & religiosam ac consonam rationi de omnipotentis Dei gratia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum in Domino multum confisi omnia & singula copulatim vel disjunctim per praedecessorem nostrum in prae insitis suis literis quibuslibet concessa

ceſſa & elargita approbamus ratificamus & confirmamus atque pro confirmatis ratificatis & approbatis in perpetuum haberi volumus per praeſentes communicantes nihilominus & adjungentes praefatae Capellae Sanctae Annae Patronis compatronos videlicet beatum Franciſcum Sanctum Georgium & Sanctam Eliſabeth Viduam ſic quod in eorum Feſtivitatibus fideles utriusque ſexus homines pro devotione ad Capellam praefatam confluentes graciam aliis patronis inibi collatam, & eandem illis noverit eſſe exhibitam, quare omnibus & ſingulis confeſſis & contritis hominibus praedictam Capellam cauſa devotionis viſitantibus & ea quae in ſupradictis praedeceſſoris noſtri literis contenta ſunt pro modulo ſuo facientibus nec non pro ſtatu noſtro & noſtrae eccleſiae felicitate orantibus duplicem portionem videlicet quadraginta dies indulgentiarum auctoritate praedeceſſoris noſtri & noſtra remiſſionem ſuorum peccaminum perpetuis temporibus toties quoties erimus largituri inſuper ut devotio fidelium circa Capellam praedictam

ferven-

ferventius augeatur dictis leprosis & aliis utriusque sexus hominibus ad dictam Capellam pro devotione confluentibus omnibus beatae Mariae Virginis beataeque Annae ejusdem Virginis Matris Sancti Johannis Evangelistae Sanctorum Nicolai & Francisci confessorum & Sancti Georgii martiris Sanctorumque Catharinae Virginis Mariae Magdalenae nec non Sanctae Elisabeth viduae patronorum ac patronarum supradictorum festis & profestis nec non dedicationis ejusdem Capellae diebus singulis annuis successive venientibus auctoritate nostra indulgemus ut interdicti & cessationis divinorum tempore dicta nostra auctoritate vel Judicum aut Commissariorum in Dioecesi nostra Jurisdictionem exercentium positi apertis januis Interdictis & excommunicatis exclusis missas & alia divina officia audire & illis interesse celebrare & celebrari facere possint & valeant tenore praesentium plenariam in Domino largimur & concedimus facultatem non obstantibus omnibus & singulis in fundatione dictae Capellae cautis & expressis ac aliis in contrari-

trarium facientibus, quibus in hac parte derogamus expresse in quorum omnium fidem ac testimonium praesentes nostras literas exinde fieri & nostri sigilli jussimus appensione communiri sub anno à nativitate Domini *millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto* die vero Mercurii decima nona mensis Aprilis.

(L.S.)

XVIII.

Indulgentiae Cardinalium per Capella Wangelistensi.

Ex auth. 1489.

RODERICUS Portuensis Julianus Ostiensis Marcus Prenestensis Episcopus Eccl. Sancti Vitalis Paulus Ecclesiae Sancti Sixt. & Johannes ac Michael Ecclesiae Sancti Marcelli Praesbyteri.

Miseratione divina Sacro Sanctae Romanae

manae eccleſiae *Cardinales* univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus praeſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino Sempiternam ſplendor paternae gloriae qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate pia vota fidelium de ipſius clementiſſima Majeſtate ſperantium tunc praecipue benigno favorę proſequitur cum devota ipſorum humilitas piis ſanctorum precibus & meritis adjuvatur cupientes igitur ut Capella beatae Mariae Virginis & Sanctae Annae *Wangeliſt* vulgariter nuncupata ſituata prope oppidum Hamelen Mindenſis dioeceſeos congruis frequentetur honoribus & à Chriſti fidelibus jugiter veneretur nec non in ſuis ſtructuris & aedificiis debite reparetur conſervetur & manuteneatur Libriſque Calicibus Luminaribus ornamentis Eccleſiaſticis ac rebus aliis pro divino cultu neceſſariis decenter muniatur atque Chriſti fideles ipſi eo libentius cauſa devotionis confluant ad eandem & ad reparationem conſervationem manutentionem ac munitionem - - - - manus - - promptius porrigant adjutrices quo ex hoc ibidem dono coele-

ſtis

ſtis gratiae uberius conſpexerint ſe refe-ctos Nos Cardinales praefati videlicet quilibet noſtrum de omnipotentis Dei mi-ſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apo-ſtolorum ejus auctoritae confiſi omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus utriusque ſexus vere poenitentibus & Confeſſis qui di-ctam Capellam in annunciatione ejus-dem beatae Mariae Virginis Sanctae Mag-dalenae Sancti Johannis Evangeliſtae de menſe Decembris Sancti Georgii & ipſius Capellae dedicationis diebus feſtivitatum à primis Veſperis usque ad ſecundas Ve-ſperas incluſive devote viſitaverint annua-tim & ad praemiſſa manus porrexerint adjutriees ut praefertur pro ſingulis feſti-vitatum diebus praedictis quibus id fece-rint *Centum dies de injunctis eis poeniten-tiis* - - - in Domino relaxamus praeſen-tibus perpetuis futuris temporibus dura-turis In quorum omnium & ſingulorum fidem praemiſſorum litteras noſtras fie-ri moreque ſolito ſigillorum juſſimus appenſione muniri Datum Romae in do-mibus noſtris ſub anno à nativitate Do-mini *milleſimo quadringenteſimo octuageſimo*

nono die vero prima mensis Julii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Innocentii Divina providentia Papae octavi anno Quinto.

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

FASCICVLVS X.

HODOEPORICON

NICOLAI RODINGI

(I) I) XLII.

Ad eximiae eruditionis
Magiſtrum Iohannem Buchium
Carmen Hodoeporicon
Nicolaus Rodingus, *S. D.*

O Mihi praecipuos inter memorande ſodales
O mihi Theſea cognite Amice fide.
Haec tibi quae cernis mittuntur carmina ab urbe
Quam vagus irriguis Dilia lambit aquis.
Quam decorant altae turres Candore nivali
Quas ſuperum tectis aequiparare queas.
Louanium dico quod tota Brabantia jactat
Quod nunc muſarum turba novena colit.
Hinc tibi Nicoleos mittit rude carmen amicus
Et rogat vt capias mente animoque bono.
Si quid agam quaeris; vivo, valeo, hoc tamen vnum;
Quod tibi nunc mecum non licet eſſe dolet.

Non ſecus ac tenero mœret ſpoliata juvenco
Quae jacet in ripis Bucula Sualma tuis
Te aegrotum patria fato voluente reliqui
Dii faxint, ſaluum, rurſus, ut inveniam
Proſperiore puto, ſed nunc te veſcier aura
Dii faciant vera ſuſpitione trahar
Sed quid porro velim forſan ſi noſcere geſtis
Verſibus id paucis noſtra Thalia canet
Carmine tentabo curſum tibi ſcribere noſtrum
Si modo ſint faciles in mea vota deae
Quod ſi deficient vires, at prompta voluntas
Pars adfectatae, maxima laudis erit.
Et ne longa breves quærant exordia verſus
Noſter in incepto pulvere currat equus
Lux erat in curſu cum tertia menſis Aprilis
Qui terram pandens cuncta virere facit
Deſerui notam paucis comitantibus urbem
Quos mihi chara fides, quos mihi iunxit amor *
Deſerui gelidi ſtridentia littora Lani
Tu non è multis qui foret unus eras.
Hoc

* Iacobo. Buchio, M. Ludovico. Matheo.

Hoc doluit nobis, nec non angebar amice,
Te dare ſupremum non potuiſſe vale.
Cum medium caeli Sol aſpiraret ad axem
Deſerimus patriae dulcia rura meae.
Egreſſi paſſus aliquot ſubſiſtimus omnes
Aſpiciens ſocios talia verba dedi.
Viſite vbi lambit ſinuoſo vortice Lanus
Vrbem quae priſci nomina Martis habet.
Vivite fœlices, memores, & vivite noſtri
Sive erimus ſeu nos fata fuiſſe velint.
Vivite pectora chara mihi dum vita tenebit
Vos mihi Marpurgi cernere dulce fuit.
O niveam quae vos poterit mihi reddere lucem
O mihi foelicem terque quaterque diem.
Et primum ante alios Iacobum appello Magiſtrum
O mihi ſyncera note Iacobe fide.
I decus, I noſtrum, foelicibus utere fatis
Sit tibi cura tui, ſit tibi cura mei.
Dulcis amicitiae mihi mutua foedera tecum
Dum Comeſſa mihi vita manebit erunt.
Plura locuturus verba imperfecta loquebar
Vix etenim potui dicere turpe vale.

Ipſe mihi contra laeto ſermone locutus
Foelici dixit ſydere carpe viam:
Proſperiore via redeas dilecte Rodinge
Subque tuo noſtrum pectore nomen habe.
Nulla Nicolai venient oblivia nobis
Dum mea vitalis ſpiritus oſſa reget.
Vade bonis avibus Chriſtus tueatur euntem.
Et redeas fato candidiore vale.
Sic liqui ſocios quos dum ſpectare licebat
Sum madidis oculis usque ſecutus ego.
Inde relinquendam reſpexi meſtus ad urbem
Et dixi valeas urbs mihi nota ſatis.
* Hinc ſocios nobis preſentes voce ſaluto
Quos comites noſtrae fata dedere viæ.
Vos nunc propoſito dulces faveatis amici
Neve neget quisquam me duce ſe comitem.
Hinc pedibus ſuſcepta via eſt ad Moenia GISSÆ
FORTIA, bellaci vix capienda manu.
Haec

* M. Mengers: Ioannes Schimmel: Ioannes Meck.

Haec ſibi congeſtos circumdedit aggere muros
Et ſuperat moles HASSIA clara tuas.
Quaerimus hic noſtrum Chaſparum Theſea fidum
Et petimus parvae tecta vetuſta ſcholæ.
Hoſpitio excepti prima eſt nox læta peracta
Quatuor audiſſes cantica laeta modis.
Colloquiis diſtincta fuit, tum coena, jocisque
Praeſto fuit dulcis copia larga meri.
Duximus Haſſiaco ritu convivia longa,
Longa fefellerunt tempora mille ioci.
Artophylax donec vertiſſet plauſtra Bootes
Inde thoro feſſus membra levanda dedi.
Poſtera lux oritur digreſſus limine GISSÆ
Inſequitur ſocius fidus amicitiae.
Ah repetas ſtudii penetralia Muſica dixi
Extera me excipiet terra petita diu.
Nam te cura ſcholae revocat commiſſa tuendae
Quam vellem noſtrae ſis comes ipſe viæ
Hoc tibi nunc prohibet ſemper fortuna novercans
Quam cuperes novi, ſed tua fata vetant.

Optime Chaſpar amicitiae comes vnice
noſtrae
Qui mihi fraterno es junctus amore
vale.
Vive memor noſtri plures mi Chaſpar in
annos
Namque tui ſemper commeminiſſe volo.
Ipſe ſub haec pleno ſingultibus ore lo-
cutus
Carpe Deo, foelix, auſpice dixit iter.
* Paſſibus hinc æquis ad mœnia proxima
tendo,
Cogere at in verſus nomina dura vetant.
Inde brevi ſpacio tranſimus mœnia clara
Incola Fridburgum nomine turba vocat.
** Heſperus adcedit, tunc me nox cæca
coegit
Ruſtica vicinae tecta ſubire caſae
Sternitur arte carens & *divite* menſa *paratu*
Agricolæ qualis pauperis eſſe ſolet.
Dumque poſt epulas amor ut compreſſus
edendi
Tum mea ſtramineo membra repono
thoro

Tertia

* Langunſs. Butzbach. Fridburg.
** Erlenbach.

Tertia lux oritur fulgens aurora redibat
E ſtipulis ſurgens ingrediebar iter
* Inde cito paſſu petitur Francfordia dives
Quam Mœnus gelidis alluit altus aquis.
Huc ubi perventum fuit hoſpita tecta ſubintro
Conſortes patriæ quæ ſubiere meæ.
** Protinus adcurrens me excepit voce Philippus
Ut fuit adventus cognita fama mei.
Poſtridie ad cænam me invitat ſcriba Senatus
*** Syncera cultor verus amicitiæ
Ducimus ad mediam læti convivia noctem
Siccaque perluimus pectora noſtra mero.
**** Hic biduum manſi poſtquam lux quinta refulſit
Ingredior navim ſoluimus atque cito.
***** Inde Maguntiacæ quæ lambit mœnia Rhenus
Vrbis, in Oceanum ſole cadente, peto.
Hic

* Francfortum. Mœnus fluvius.
** Philippus Schadenius.
*** Ioannes Schœnoplocus.
**** Palmarum dies.
***** Maguntia.

Hic forſan queris quis nos exceperit hoſpes
Quamvis hoc vel me ſcire tacente potes.
Sunt mihi cognati quorum nos tecta ſubimus
Hos amor & ſanguis iuſſit adire meus.
Hic bis quinque dies conſumpſimus alta videntes
Templa, Maguntiacæ qua iacet urbis opus.
Templa frequentantes quorum eſt ibi copia magna
Et quæ concelebrat fama vetuſta ſimul.
* Iamque canebantur paſchalia carmina paſſim
Laudabant ſummum ſupplice voce Deum.
Vidimus hic veteris monumenta inſignia famæ
Quæ laudare ſatis noſtra Thalia nequit.
** Præſertim turrim præclaram morte Neronis
Quam nemo valida rumpere mole poteſt.
Non adeo celſas ſed famam conditor auget
Hoc etenim poſuit nobile Druſus opus.

Quid

* Feſtum Paſchæ. ** Eychelſtein.

Quid memoranda tibi referam simulachra Deorum
Quæ vetus artificum duxit in ære labor.
Piscibus hic magnis stomachum replevimus atque
Ebibimus Bachi pocula læta simul.
Sed tandem dixi quidnam Nicolae moraris
Littoribus Reni quæ tibi causa moræ.
Cum sulcanda tibi superent vada cærula Rheni
LinqueMaguntiacæ fulgida tecta domus.
* Plena dabant nautæ ventis iam vela secundis
Navita remigio findite dixit aquas.
Sic mihi cognatos liqui tunc navita cœptum
Ad partes vbias continuabat iter.
Sed nos detinuit cursu continuus auster,
Altera dum Phœbi lux renovata foret.
Namque die prima vix milia quinque peracta
Adversos ventos Æolus ipse dabat.
** Mane experrectus requiesco margine ripæ
Expecto nautas velaque tensa simul.
Hinc

* 1. Dies. ** 2. Dies.

Hinc rurſus rapidas Rheni delatus ad undas
Rauciſonos ventos aura ſecunda dabat.
Fit clamor madidique ignota Celevmata Nautæ
Ingeminant, fugiunt littora curva retro.
Adiunctus nautis didicique incumbere remis
Sed Rhenum tenera reppulit unda manu.
Vidimus hic urbes varias, vicosque celebres
Prebentes oculis gaudia multa meis.
Primum ſeſe offert Reno contermina 1. Binga
Quam gelidus celer perluit amne 2. Noa.
Mœnia conſpexi 3. Bacchi cognomine dicta
Parva quidem, fama ſed celebrata tamen.
Protinus à Bacchi funem ſolventibus ara
Occurrit celſis arx 4. Cuba ſtructa locis.
Mœnia conſpexi peramænæ pulchra 5. Veſellæ
Nec procul hinc Rheni ſæva Charybdis erat.

Mœnia

1. Bingen. 2. Noa fluvius. 3. Baccharach. 4. Caub. 5. Vveſel.

Mœnia contigimus tandem tua dive 1. Goare
Quæ ſemper parent clare Philippe tibi.
Sed iam devexo curſu decurrit Apollo,
Sol erat Heſperias iam ſubiturus aquas.
2. Mane ab arenoſo ſolventes littore duri
Nautæ, ſpumantem vela tulere ratem.
Milibus inde aliquot deſcendo claſſe ſecunda
Conſpiciens ripas clara Moſella tuas.
Vidimus hic 3. Lanum ſeſe miſcere profundo
Rheno, ubi ad occiduas cornua flectit aquas.
Hinc urbs clara jacet quam tangit ripa 4. Moſellæ
Et Rhenus rapido littore tangit eam.
Iam dicturus eram præclari nominis urbem
Cogere at in carmen ſyllaba iniqua negat.
5. Hic poſitam videas arcem tam rupe ſub alta
Quam merito latiis alpibus æquipares.
Caſuram timeas ipſis cum rupibus arcem,
Iamiam tacturam ſydera ſumma putes
Hanc ubi vidiſſem, nullos ego mœnia dixi,
Arbitror hæc homines, ſed poſuiſſe Deos.

Ordine

1. Sant Guer. 2. 3. Dies. 3. Lanus fluvius. 4. Moſella. Confluentia. 5. Arx Ermenſtein.

Ordine conſpicimus fulgentia moenia 1. Bonnæ
Innumeras arces, oppida parva ſimul.
Mœnia 2. Agrippinæ tandem clariſſima nobis
Apparent, claſſis littora prona petit.
Atque intendebant Zephyri iam vela ſecundi
Inſurgit remis Nautica turba ſimul.
Et iam flectere iter terræque advertere proras
Sic tenuit noſtras ancora iacta rates.
Ingredimur traherent cum ſera crepuſcula noctem
Et nox hoſpitium querere cæca iubet.
Hic triduum manſi cupiens ſpectare Colonos
Romulidum, nec non templa vetuſta Deum
3. Cæſarium doctum cui commendatus, adibam
Quem fovit gremio chara Minerva ſuo.
Vtque ſalutavi commiſſos trado libellos.
Quos dederat nobis optimus ille 4. Draco.

Et

1. Bonna urbs. 2. Colonia. 3. Ioannes Cæſareus. 4. Doctor Draconites.

Et quas tu dederas ſchædas mihi chare 1. Rodolphe
Qui Cythara carmen liberiore canis.
2. Alberti magni tumulum conſpeximus atque
Cernere tum licuit te 3. Neomage mihi.
Multo plura aderant talem ſpectanda per urbem
Sed vetuit tempus cuncta videre mihi.
Quartaque lux oritur terris ex æquore magno.
Extulerat currus clarus Apollo ſuos.
4. Tunc pedibus tentata via eſt ad proxima tecta
Vrbis, quam 5. Devren incola turba vocat.
Vix iter ingreſſi, iam lætum turbidus imber
Obruit & multa terra madeſcit aqua.
Et tandem excepit madidis me veſtibus hoſpes
Laſſaq; ibi placido membra ſopore levo.
Poſtera dum nitidos aurora reduxerat artus
Vmbra ſoporiferæ pulſaque noctis erat.

1. Rodolphus Gual. Tigurinus. 2. Sepulchrum Alberti magni in praedicatorum monaſterio. 3. Ioannes Noviomagus. 4. 1. Dies. 5. Deveren.

1. Tendo ad 2. Aquisgranum Chraneus cui nomen Apollo
Imponit, thermis nobile Sulphureis.
3. Caroli ibi Magni tumulum conſpeximus iſtum
Dum ſteterit ſemper Teutona terra cavet
Tertia lux oritur ſed cæli compulit imber
Maximus inceptam non celerare viam.
4. Fumantes calidis 5. Thermas intravimus undis
Corpora quæ morbis tincta liquore levant.
Corporis hæc reparat mortalibus unda vigorem
Languidus hæc intret balnea, ſanus erit.
6. Ortus mane novo cum Sol dimoverat umbras,
Ocyus inceptum tum celeramus iter.
Inde ad 7. traiectum magnum contendimus omnes
Quod rapidus celeri præterit (perluit) amne Moſa.
Mœnia deinde peto firmiſſima 8. Tungaris urbis
Semper ab hoſtili tuta futura manu.

Et

1. 2. Dies. 2. Ach. 3. Sepulchrum Caroli magni. 4. 3. Dies. 5. Thermæ. 6. 4. Dies. 7. Superius traiectum Maſtrich. 8. Tungern.

Et quia devexo caput inclinabat Olympo
Phæbus hac noctis traximus urbe moram
Hic referam quæ visa mihi sunt digna relatu
Carminibus res est non reticenda meis.
Est ibi 1. fons celebris, cuius (sic Plinius inquit)
Febres atque alui tormina tollit aqua.
2. * Iam quintum Phœbus fulgens reparaverat ortum
Et cristata diem significarat avis.
Longum iter emensi 3. Thinam pervenimus urbem
Sol ubi flagrantes æquore mersit equos.
Æger procedens nam fessus tardius ibam
Attriti citius non potuere pedes.
Et quia non poteram fesso pede longius ire
Hospita nos illic excipiebat anus.
Prima dies oritur Maii quæ dicta calendæ
Summaque Lovanium visere cura fuit.
Nactus equos binos gratis à cive veloces
Alligo ferratum calcar utrique pedi.
Nec mora quadrupedis conscendo terga caballi
Et sum Lovanium tergore vectus equi

1. Fons Tungaris. 2. 5. Dies.
* Ultima lux cælo processit mensis Aprilis.
3. Thin.

Fidus * Ioannes animi pars altera noſtri
Alterius lætus tergora preſſit equi
Cum iam Sol medium curſu properarat ad axem
Intramus clari mœnia ** Lovanii.
Maxima ſic noſtri ſic eſt exhauſta laboris
Sic eſt longinquæ meta peracta viæ.
Hæc ego carminibus tibi ſignificanda putavi
Sed referes ſcriptis mutua ſcripta meis.
Et quid agas, quæ fata fexas, quæque ocia tractes
Fac tua me doceant tempore ſcripta brevi
Vive vale longe, noſtri memor, optime Philon
Candide Ioannes vive valeque diu.

Scripta Lovanii poſtridie nonas Iunii.

Oblata poſtridie nonas Ianuarii anno 1542.

* Ioannes Schimmel. ** Lovanium.

FASCI-

FASCICVLVS XI.

STRICTVRAE WALDECCIARVM ANTIQVITATVM

QVAS

PRAESIDE

POLYHISTORE CELEBERRIMO

CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO

ELOQVENTIAE ET HISTORIARVM PROF. PVBL. HONORARIO.

PVBLICE EXCVTIENDAS PROPOSVIT

CAROLVS PHILIPP. BVNTMEIERVS,

LANDAVIA WALDECCVS,

D. VI. IDVVM NOVEMBRIS, A. MDCCIV.

IN AVDITORIO MAIORI.

VITEMBERGAE SAXONVM

PRELO CHRISTIANI SCHRöDERI ACAD. TYP.

I.

ANtiqui Saxones, citra & ultra * Visurgim incolebant, & Angarios, Vestphalos atque Ostphalos ** complectebantur, quorum alii post alios *** paulatim ad rationem humanitatis exculti, & religionis Christianae disciplina, mitigati, asperitatem moris, pristinamque gentis ferociam cum mansuetudine commutarunt.

* *Vulgo Angrivarios vocant, quos alii ultimos horum parentes arbitrantur.*

** *Saxones Cisversarini aliis, Anonymo Paderbornensi, quem Reineccius edidit, Osterlingi, Latine Orientales, sicut Vestphali Occidentales nominantur. Ab utrisque distant Transalbini, Franci Transalbianos, & Nordalbingos appellabant.*

*** *Documento est Gregorius Pontifex, in epistola cui titulus, universo populo provinciae Alt-Saxonum, apud Christoph. Browerum, & Nicolaum Serarium.*

II.

Igitur ante Francorum secundae stirpis tempora Saxones quosdam ad Christi sacra,

cra, privatim adductos, multi, nec temere colligunt, ſed populum, & primariae nobilitatis proceres, abiecta ſuperſtitione, Chriſto nomen dediſſe, repugnat factis euentisque illorum temporum, quibus tres & triginta annos * cum pro impio Numinum cultu, tum pro libertate adverſus Carolum bellum geſſerunt.

* *Eginhardus, aliis Einhardus de vita Karoli M. cum quo conſentiunt annales Fuldenſes, Loiſeliani, Metenſes, Bertiniani, Anonymus Egoliſmenſis, Regino, veteres & fide digni ſcriptores. Eodem anno Saxones transſalbiani, id eſt, Holſati & Stormari, in Franciam (Gallicam & Germanicam) translati, eorumque tractus Obotritis attributi ſunt, auctoritate annalium, quos praedixi. Quare Angaria & Veſtphalia non permixta eſt cum peregrinis gentibus, ut Obotritis, ac Venedis, quod de Oſtphalia & Tranſalbiana ex antiquis Scriptoribus conſtat. Qua de cauſſa Veſtphaliam magnopere commendat Joh. Pideritius in Chron. Lippenſi. De hac vetere Saxonia legendi poſt ſcriptores Francos Albertus Cranzius, Rolevincius, Nuenarius,*

narius, Chytraeus, Meibomius. De Saxonibus privatim sacra amplexis, ex Pappo Vinckelmannus in notitia Vet. Sax. Vestphal. L. III. c. 1. Sed de Rhaetis ibidem perperam scripsit, in Rhaetia prima apud Augustam veritatis divinae caussa Afram Virginem supplicio affectam, quod de Rhaetia II. idest Vindelicia, pronunciare debuisset. Ex quo Vulgares Geographorum, & qui hos sequuntur, Lexicographorum, inepti errores castigandi sunt & corrigendi.

III.

Nec modo antiqua haec Saxonia a Venedis & Slavis se disiunxit, indigenasque fovit, sed etiam finito cum Francis bello, in unum cum Francis populum coaluit, ut Saxones non serui Francorum, nec tanquam iure belli sub iugum missi, sed ut iure imperii & libertate consociati deinceps haberentur.*

* *Eginhardus conceptis verbis tradit, Saxones Francis consociatos in unum populum & regnum transiisse. Idem ex eo repetit, confirmatque antiquissimus annalium Saxonicorum scriptor Vitechindus*

L. I.

L. I. Quae coniunctio & consociatio facta est, quum Videkindus ad conditiones descenderet, & Attiniaci, quod Campaniae Gallicae oppidum est, sacris initiari se pateretur. Annus tunc DCCLXXXV. agebatur, ad novam Saxoniae felicitatem insignis, quo Albion, transalbinorum Dux Saxonum, & reliqui Saxonicae gentis proceres, Carolo M. ad Axonam flumen agenti praesto fuerunt, & sacro fonte abluti, in pace & officio deinceps perseverarunt, & cum proceribus Francorum Orientalium, in unam civitatem coaluerunt. Tum anno DCCCIIII. Saxonia universa, etiam Transalbina ad ritus Christianos traducta, atque ab eo tempore fratres, & quasi una gens, ex Christiana fide facta est, ut scribit Vitichindus, Monachus Corbeiensis. Sed Monachus Divionensis fundamentum huius rei ponit in A. DCCLXXVII. quo Carolus M. primum in Saxonia aedem abs se Paderbornae exstructam Servatori Christo dicavit. Nam Buraburensis extra Saxoniam, in finibus Hessiae sita fuit. Novi scriptores frigide nimis & cursim capita Saxonicae antiquitatis, sine ido-

neis historiae Germanicae adiumentis, in Juris Publici libris tradunt, quos referre hic, & refellere, nimis longum foret.

IV.

Etsi autem proceres illi, qui Videkindum Ducem comitati sunt, non commemorantur sigillatim, nec gentilitiis nominibus, quae familias insigniunt distinguuntur *, tamen multis & haud fallentibus indiciis colligere expeditum est, ceteros proceres Videkindum ** gentis principem secutos, ut pari cum eo dignitate ac libertate ruerentur. Vires longo Francorum bello fractae eos admonebant, ut res ad ultimum deductas circumspicerent, & aerumnas maiores, atque ipsam serviendi necessitatem antevertererent, si distraherentur invicem, ac dissociarentur.

* *Fuit haec Germanicorum mediae aetatis scriptorum negligentia, ut nomina familiarum reticerent, atque adeo historiae obscuritatem afferrent. Quam scribendi rationem reprehendit Camerarius, sed condonanda est rudibus litterarum seculis, in quibus non ingenium, neque in scribendo fidem, sed doctrinae studia desideramus.*

** *Sua-*

** *Sualenburgios Vestphaliae comites cum in editis, tum ineditis & manuscriptis annalibus & chronicis reperio, ex quorum stirpe Valdeccii descendunt, & Karolina aetate, uno etiam nomine, a chronicorum scriptoribus comprehenduntur. Qui ab uno stipite oriundi in duas propagines se diviserunt, quarum altera antiquum nomen retinuit, altera novo lineae Waldecciae nomine assumto, seculis XI. & XII. inprimis se illustravit, sedemque in iugo montis, quem. Edera alluit, extructa arce, collocavit, inter quos omnium, quotquot res Valdeccias norunt, consensu primus celebratur Videkindus, non Saxonum ille Dux, sed Sualenbergius & Waldeccius, cuius posteri & successores, seculi XII. & sequiorum temporum comitiis interfuerunt, & dignitates & praefecturas imperii publicas titulo* Advocatorum & Burggraviorum administrarunt, *nominatim diœcesin Paderbornensem iure patrocinii quondam haereditarii tuendam susceperunt, eique multis post seculis non coacti, sed solo religionis amore inducti, renunciarunt, civitatum imperii, sigillatim Tremoniae,* consti-

constituti ab imperatore Ludovico Boio defensores, in magna temporum vicissitudine, imperatoribus fideles, & ad obsequium prompti extiterunt, neque in bello, praesertim contra imperii hostes gesto, defuerunt. Id quod liquet ex tabulis, quae supersunt, manuscriptis, & publica fide munitis, quas vidi & legi, cum quibus coniungi possunt Cranzius, Chytraeus, Pideritius, Hoppenrodius, speciatim Klippelius, Pappus Commentariensis, & Dan, Prasserus, qui rebus Valdecciis observandis, & annotandis operam dederunt. Extat veterum Saxoniae Comitum, in qua Comites Sualenburgii comemorantur historia, sub quibus Valdeccii, nondum facta linearum divisione, continentur. Postea Valdeccii more veterum Germanorum, omisso gentilium suorum nomine, non amplius Sualenburgios, salvo tamen originis & agnationis iure, se appellarunt. Ex his talibus documentis & libris sumenda sunt argumenta historiae civilis, pro iure & dignitate Comitum scribendae. In quo argumento solertiam mihi approbavit auctor defensionis pragmaticae Valdeccensis, qui tabula-

tabularia huius familiae inspexit, & pervolutavit, quamvis gravissimi muneris procuratione districto, historiam condere non liceret.

V.

Videkindus, huius nominis in familia horum Comitum primus, compositis in Vestphalia rebus, & sacris recte constitutis, loco sacerdotio veteris Saxoniae amplissimo, & honore Antistitis praedito, armatus defensor, & advocatus à Carolo M. impositus, * cum Imperatori, qui dignitatem ei tribuit, tum Hathumaro, primo Paderbornae Antistiti, fidem atque diligentiam rebus factisque confirmavit, atque omni ope effecit, ut Saxonia Christo recens coniuncta **, ab injuriis militum & molestiis defenderetur.

* *Notatio temporum hic difficilis est & diversis de inaugurationis anno Videkindi sententiis certatur. Certum habeo, primum illius loci Antistitem fuisse Saxonem, & nobili inter Saxones loco ortum, & Videkindum haud inferiori conditione natum, propter sapientiam & agendi facultatem, quam consecutus erat, Advocatum Paderbornensis Episc. esse constitutum,*

tum, ſeculo poſt N. C. octavo, etſi annus in tanta veteris hiſtoriae caligine definiri non poteſt. Vero tamen eſt ſimile, Videkindum, non diu poſt conſtitutum & conſecratum Paderbornae antiſtitem a Carolo M. tuendae Epiſcoporum ſedi impoſitum fuiſſe.

** *Hic obſervatu dignum eſt, religionem Chriſtianam, ante Videkindi Ducis, Chriſtum profeſſi, tempore, introductam eſſe in Saxoniam, quod annales Francorum, & Chronicon Divionenſe, ac Sangallenſe, & imprimis acta conciliorum Paderbornae habitorum evincunt, ſed poſtquam Videkindus ſacris initiatus eſt, conſtitutis per Saxoniam ſedibus, confirmatam eſſe magis & amplificatam, annitente ſine dubio Videkindo Comite, praeſertim ab anno DCCLXXXV., quem baptiſmus Videkindi Ducis, & primae nobilitatis Saxonicae Procerum maxime inſignem reddidit, poſterisque memorandum. At propugnatio defenſioque Paderbornenſis ſedis, tranquillo Saxoniae ſtatu, & templo D. Liborii memoriae, quod anno DCCXCV. contigit, dedicato, commiſſa eſt Videkindo Comiti Sualenburgio Comitum*

mitum Valdecciorum conditori. In rationibus temporum congruit mecum Gobelinus Persona, & initium fundatae ad fontes Paderae sedis in eo, quem dixi, anno ponit, Cosmodrom. act. VI. c. 38. Consentit antiquus ac diligens latini Franconiae Chronici scriptor, apud Bollandum ad h. A. Verum primi Paderbornae Episcopi nomen fuit Hathumarus, sive Hadumarus, non Liborius, ut per imprudentiam scripsit Cranzius, perturbato temporum ordine, sui oblitus. Nam quod idem ille Harimarium pro Hathumaro scripsit, non tanti est momenti. Nisi quod antea Buriburgum, honore sedis decoratum fuerat, quae dignitas a Carolo M. ad Lupiae Paderaeque fontes profecto, hoc anno Paderbornam est translata, atque adeo sedes Saxoniae antiquissima, a Carolo praecipue culta & frequentata. Prius vero, quam id factum est, aedem ibi Servatori sacram extruxit, Saxonesque ad religionem instituendos curavit, quod testimonio Anonymi Sangallensis confirmatur A. DCCLXXVII. Sed anno M conflagravit, ut liquet ex vita. Meinverci quam edidit Browerus. Buribur-

riburgum, in vita Othloni Buraburgum dicitur, Lib. II. c. 2. 3. & 29. In Zachariae Pont. epistolis Vitta dictus est Episcopus Birburgensis. Buraburgum in monte situm, & Frideslariae propinquum fuit, apud Guil. Dillichium in Chron. Hess. p. 162. Sed vulgaria narrat, & veteris historiae ignarus, saepe necessaria praetermittit. Omnium ergo Saxonide Antistitum est antiquissimus Buriburgensis, cuius sedes cum Paderbornam promota est, tum dignitas simul translata est, quae originis temporisque ratione consideratur, & praestructo hoc fundamento, ad procedendi caussam accommodatur. Consentit Andr. Crusius, sed accuratior est Rothendorfius, qui omnes vias, in quas vera eum deduxit historia, persecutus est, & jure antiquitatis ab A. DCCXLII. arcessito subnixus. Summatim loquendo, Buriburgum prope Frideslariam antiquissima Episcopi in Saxonia sedes, Frideslaria Abbatis domicilium fuit.

VI.

Nihil ad Saxones litteris sacris erudiendos attulit Kilianus, quem temporum rationes a diviniori Saxonum institutione ac disci-

diſciplina longius diſtringunt, & Francorum Mœni accolarum, non Saxonum doctorem fuiſſe, confirmant *.

* *Kilianus ex Hibernia quae poſtea maior Scotia dici coepit, oriundus, ex Abbate praeſul factus, & Vurceburgi apud Mœnum conſtitutus atque inauguratus, ſuam & ſacri ordinis exiſtimationem, conſtanti pietatis ſententia tutatus eſt, & Gozebertum Ducem ab inceſtu dehortatus, in Geilanae mulieris improbae odium offenſionemque incurrit, quae abſente marito, cui nondum ſacris initiato nupſerat, virum in divinarum rerum meditatione defixum, per duos ad ſcelus conficiendum conductos, interimendum curavit. De Kiliano legendus eſt eius vitae ſcriptor Anonymus, apud H. Caniſium Lib. IV. antiquar. lect. & apud Surium d. VIII. Jul. Meminit eius quoque Egilvaldus, vitae Burchardi ſcriptor, &* fundatorem fidei, *apud Francos Orientales, nominatim Vurceburgenſes, vocat. Vitam Kiliani explanavit, notisque illuſtravit Nic. Serarius. Deceſſit Kilianus ante Bonifacium, qui Heſſiam ab impio Daemonum cultu revocavit ad ſa-*

lutarem religionis disciplinam, & antiquissimum Hessiae monasterium Frideslariam condidit ad Ederam fluv. antiquitus Adernam, & Edernam, imo & Adranam. Diversus est Eidora, quem Schatenius perperam nominat Ederam, qui Saxoniam a Jutia distinguit. Annus mortis & martyrii monimentis consignatur DCXXCIX. qui aetatem & adventum Caroli M. in Saxoniam praecessit. Igitur Hessi & Thuringi, doctore Bonifacio, sacris exculti, ante Saxones, ad Christi disciplinam se applicarunt, quippe quos ab anno DCCLXXII. docendos suscepit Sturmio, doctrinae Bonifacii alumnus, ut in vita eius legitur, & ideo Apostolus Saxonum, vulgo Sturmius adpellatur. Alcuinus belli Saxonici Carolo suasor, docendi caussa non venit in Saxoniam, vere tamen de re Christiana Saxonum, deque liberali doctrina praeclare meritus anno DCCCIIII. è vivis est exemptus, ut constat ex vitae scriptore Alcuini, apud Surium d. 19. Maii. Verum Oderannus diem mortis rejicit in A. DCCCIII. editionis Pithoeanae.

** *Geilana varie scribitur, non nunquam Geila,*

Geila, aliquando Gisila, duobus fratribus, alteri post alterius mortem nupta, pœnamque divinioris judicii experta, quod crimen celaret Gozbertum, & in loco caedis, ne proderetur facinus equile fieri juberet. V. Vita Francogermanici Martyris, & Gozberti genealogia apud Canisium.

VII.

Res admiratione digna ast, Viros genere illustres & animo vitaque sanctos, ab Anglia, Scotia, & Hibernia ad erudiendam sacris Germaniam profectos, non ut opes cumularent, gloriamque nomini suo conciliarent sed ut coelesti munere coetum piorum Deo colligerent, & amplificarent, Saxoniamque bellicosam, & indomitam religionis doctrina potius, quam Franci armis, expugnarent, & vel per se ipsi, vel per alios *, ex disciplina sua dimissos, salutare Dei verbum, submotis Daemonum simulacris, annunciarent, & opera consilioque rem Christianam iuvarent, nec mortem, si Dei honor exposceret, refugerent unquam & recusarent.

* *Sic Bonifacius, qui honoris causa dictus est* Germanorum Apostolus, *impetra-*

ta abeundi poteſtate, diſceſſit in Friſiam ex eaque, negotio infecto, rediit: poſtea a Daniele, Angliae in Vecti inſula antiſtite, cuius Beda Anglo Saxo mentionem fecit, commendatus, ex inſula hac in Galliam navigavit, inde Romam abiit & Gregorio II. Pont. deſiderium promulgandae cœleſtis doctrinae aperuit, ab eoque datis litteris, in propoſito confirmatus, ad Thuringiam, & Heſſiam iter fecit, ac erudiendo utrique populo operam dedit. Villibaldus, & poſt hunc Othlonus in eius vita. In Saxoniae adeo finibus docuit, ac ſocios docendi & diſcipulos habuit, inter alios quoque Surmionem, primum Fuldae Abbatem, qui Saxones Heſſiae finitimos Ederae proximos, atque adeo Valdeccios lumine coeleſtis doctrinae paulatim colluſtravit, ſed interiorem Saxoniam ne adire quidem, nedum in ulteriorem quae trans Viſurgim iacet, religionis cauſſa intrare auſus, priusquam Carolus M. in Saxoniam movit, & deiecto Irmenſulae fano, Eresburgi ad Dimolam, religionis domicilium collocavit. Monachus Egolismenſis, in vita Caroli M., Annales Pithoeani an. DCCLXXII.

DCCLXXII. & DCCLXXVII. Sane in prima expeditione contra Saxones suscepta, Carolus M. ducto a Rheno exercitu, Vederaviam, Hessiam (superiorem) & Valdecciam (quamvis nondum eo nomine adpellatam) recto itinere transiit & Eresburgum siue Meresburgum, (hodie Stadtbergam) pervenit. In vita Sturmionis, qui an. DCCLXXIX. quo Saxonum proceres fidei obsides Carolo M. dederunt, Meresburgi Saxonum apud Dimolam fatis concessit, qui etsi in Boiis natus est, tamen a Bonifacio, cuius erat discipulus & comes, doctrinam hausit, Huius vitam, quae apud Surium extat, Aegil Monachus, & post hac Fuldae Abbas, monimentis mandavit. Alcuinus omnium, qui ex magna insula adventarunt, doctissimus, post hos omnes e vita emigravit, cuius industria, quam studiis, & consiliis Caroli M. adhibuit, & de coetu Dei, ac sigillatim de re sacra Saxonum, ad quos armis flectendos regem accendit, bene promeritus, nulla unquam laude cohonestari satis potest.

VIII.

Fama quidem tenet, Heſſos & Valdeccios uno & eodem tempore ad coetum diviniorem acceſſiſſe, ſed eos fallunt rationes temporum, quod illos Bonifacius, hos Surmio, Bonifacii alumnus, aetate & docendi munere poſterior ſalutari diſciplina imbutos, ad Chriſtianam conſuetudinem moremque deduxit: tum vero ſitus locorum repugnat, & idonea mihi praebet argumenta Heſſos a Saxonibus diſtinguendi, etiam ab his, qui proximam Heſſiae oram colunt, & nihilominus finium ratione ſeparantur *.

* *Franci veteresque ſcriptores aſſentiuntur, inter quos Eginhardus expreſſe tradit,* Saxonibus contiguos eſſe Heſſorum terminos, *quia ſe in utriusque regionis limite contingebant, neque una ditione coniungebantur, & continuabantur. In vita Karoli M. an. DCCLXXIV. Haec regionum diverſitas in morum & ingeniorum diſſimilitudine cernitur, quod aſperiores eſſent Saxones, & pertinaciores, Heſſi autem faciliores, & ad ſuſcipiendos*

piendos ritus Christianos proniores. Nimium de via deflexit Caesar Baronius, qui Hasbanios *interpretatur Hessos. Annal. Eccles. t. IX. Nam Hasbanii in Belgii finibus siti, multis ante seculis Christum professi sunt, quorum pars Brabantiae, pars Eburonum, sive Leodiensium ditioni ac diœcesi conjuncta, nostra etiam memoria, vetus Hasbaniae nomen servat. Aliquid ex ea detractum, ad Namurci comites pervenit, ut Gramaye tradit in Collectan. de Habsbania. Illud ex Francorum annalibus constat, Bonefacium operam posuisse in erudiendis Francis (Orientalibus) Thuringis & Hessis. Qua de caussa tres constituit sedes, quibus praeessent totidem antistites, Vurceburgensem apud Francos, Erphesphurdensem apud Thuringos, Buriburgensem apud Hessos, Saxoniae finitimos, ut Villibaldus, quem supra laudavi, apertissime testatur. De Geismaria quod Chronicorum scriptores afferunt, minime fabulosum est, quercum in isto Hessiae pago Jovi sacram, a Bonifacio succisam, nec multo post Hessos, praesertim Geismari-*

enſes, & Geismariae vicinos, Chriſti ſacra amplexos. Gicesmere apud Villibaldum Cap. VIII. legitur ut Serarius exprimendum curavit. Propius ad ſcripturam codicis accedunt, qui Gesmere legunt. Ab aliis & quidem ab Othlono Gesmare, a Lupo Servato villa Geismari nominatur. Eo primum venit Bonifacius anno DCCXXIV. Aliquanto poſt, & eodem anno ex Heſſia (inferiori) in Thuringiam profectus, in tractu Eichsfeldiae ſimulacrum Stuffonis evertit: deinde Moguntiam adiit, ad viſenda illius regionis ſacerdotia, & ſodalitates religioſas. Poſtea flexo in Saxoniam itinere, ferociam gentis inexpugnabilem jam ante expertus, per Hildeſienſem Bremenſemque agrum, in Friſiam deſcendit, & genti ad verum Deum adducendae, ne recuſato quidem capitis diſcrimine, ſe impendit, & ad ultimum ibi pro honore Dei vitam profudit, ac religionis veritatem ſanguine ſuo confirmavit, anno DCCLV. quem ſignant Villibaldus & Othlonus, ex quibus corrigendi ſunt annales Pithœani, Fuldenſes, Metenſes, Lau-

Laurisbamenſes, Bertiniani, & Chronici Augienſis ſcriptor apud Baluzium, Regino, Sigebertus, Rolevincius, tantum in annorum numero, non in facto diſcrepantes. Cum his rationibus congruunt, Jo. Phil. Vorburgius Vol. VIIII. & Matt. Frid. Beckius in libro commentario ad Martyrologium eccleſiae Germanicae pervetuſtum cap. VIII. §. 13. Locus caedis in Friſia occidentali, nominatim in Oſtergoae tractu, fuit apud Dokingam, quae hodie Doccumum adpellatur.

IX.

Tantum noſtras Germania, cis & trans Rhenum Bonifacio debet, qui cum ſacri laboris quaeſtum faceret, tum litteris, nunciisque identidem miſſis, viros ad enuncianda Dei oracula aptos, ex tota Anglia excivit, coloniasque piorum hominum in Franciam Germanicam, Thuringiam atque Heſſiam deduxit. * Cumque Saxones de impia religione dimovere non poſſet, ex finitima Saxoniae Heſſia,

ſalutaris doctrinae capita promulgavit, & daemonum cultoribus rectioris Dei cultus exemplum praebuit, diſcipulos autem ſuos praemunivit ante & praemonuit, ut Germanis, Chriſtianae manſuetudinis expertibus, maxime omnium Saxonibus inſtituendis operam darent, ſuamque in docendis gentibus conſtantiam imitarentur. His permotus Sturmio, & confirmatus, ſalutem eius populi minime neglexit, & a Carolo M. accerſitus, divinae voluntatis interpres extitit, cuius in eo munere praecipuae tunc partes fuerunt **.

* *Sub id tempus Romanae ſedi praefuit Gregorius II. qui Bonifacium ad Germanos trans Rhenum docendos iturum commendavit, & auctoritate ſua confirmavit. A. DCCXXIII. Gregorius tertius ab hoc proximus, cum fructum laboris & incrementa rei Chriſtianae cerneret, dignitatem pallii, quo Pantifices, & Archiepiſcopi inaugurantur, Bonifacio eſt impertitus, anno DCCXXXI. Ita enim diſtinguunt antiqui vitae Bonifacio ſcriptores, quae novitii plerique, & ante hos Gratianus*

tianus, confundunt. Prior ille meminit Altsaxonum, quos minus accurate Jo. Schilterus exponit Ostphalos, cum vel maxine Vestphalos olim fuisse designatos, scire omnium intersit, l. II. c. 8. §. 5. de libertate ecclesiae German. Rectius autor Chronici Mindensis. Carolus in antiquam Saxoniam, hoc est in Westphaliam duxit p. 99. Saxoniam orientalem sive Ostphaliam ibi novam vocavit.

** *Socios laboris habuit Presbyteros, qui sacerdotes secundi ordinis sunt, apud Servatum Lupum in vita S. Vigberti cap. V. Christophorus Browerus per eos designari vult Episcopi vicarios, quos suffraganeos vocant. Sed hic mecum facit Steph. Baluzius, in notis ad hunc Lupi locum. Quin presbyteros secum adduxerit, non est dubitandi locus, maxime cum Aegil, ingenuus illorum temporum scriptor, mihi assentiatur, qui Ludovico imperante e vita excessit, A. DCCCXXII. quem annum designant annales Fuldenses, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacensis, post hos*

hos recentior Bucelinus. Verba Aegilis in vita Sturmionis docent, Sturmionem multum temporis praedicando & baptizando cum suis presbyteris peregisse, & per regiones intelligit Saxoniae veteris, Vestphaliam imprimis & Angariam, ubi Sturmio sacris initiavit Saxones, & praecipue versatus est apud Paderae fontes & apud Dimolam, qui Eresburgum alluit, quod contra fidem historiae, & contra sententiam veterum Wasserbachius in monte Hermiensburg quaerendum putavit, & conjecturas eam in rem attulit, quas alibi exquiram & Meibomio facile primas deferam, quem secutus est doctissimus praesul, monumentorum Paderbornensium auctor Ferdinandus.

X.

Ceterum illa Valdecciae pars, quam Edera interfluit, Hessorum consuetudine, & rerum communicatione, citius veram Dei cognitionem assecuta est, & fana sacellaque in pagis & vicis collocata habuit, inter quae pervetustum est Bericense *, insi-

insigniterque locupletatum, & miraculi etiam quod ibi editum traditur, fama celebratum, cuius gratia plurimi opinione sanctitatis ducti, eo ventitarunt & rei celebritate exciti, locum Deo, & Divis dicatum frequentarunt: postea ab XI. & XII. seculis **, templa passim in oppidis exaedificari coepta, vocibus sacra docentium personuerunt.

* *Bericum Valdecciae monasterium, crebro in tabulis obvium, quod circumlocutione montis Ursini significare voluit Richardus Bartholinus Perusinus, Austriados L. VII., assentiente in scholiis Jacobo Spigelio, & ibi crucem terrae crevisse, ex fama superiorum temporum narrante. At in eo corrigendus est, quod Bericum Hessiae finibus circumscripsit, quod extra controversiam in solo Valdecciae est situm, admonetque novitios scriptores, ut pago Hessiorum totum Ederae tractum ne includant, quippe quod ex scriptoribus Francis confirmari non potest, ne a Meibomio quidem in erudito opusculo de Saxoniae pagis. Quem secure sequuntur*

tur alii, neque explicate de hoc argumento tradit Paullinus.

** *Urbes muro circumdatas Saxonia nullas habuit ante ſeculum a nato Chriſto X. Valdeccia arcibus montanis contenta, primum ſeculo XII. de urbibus extruendis cogitavit, & ſeculo conſequente XIII. Corbecam in medio comitatus ſitam, ut contra incurſiones, turbata per magnum Germaniae interregnum republica, cum ſuos, tum vicinae ditionis fines tutos praeſtaret, agrumque late circumjectum & mire fertilem, comparatis ad defenſionem auxiliis, cuſtodiret, murosque deinceps turribus muniret, & contra irruptiones maxime ſe confirmaret, eo praeſertim tempore, quo lex de pace publica nondum in terris imperii erat conſtituta. Hoc jure uſus eſt Henricus Comes, cum Fridericum Brunſuicenſem deſignatum recens imperatorem apud Frideslariam lateſſeret, & propter dotem connubio Mechtildis Luneburgicae Principis, illo in ducatu ipſi conſtitutam, Vilhelmum Othonis ſucceſſorem, dotis cauſſa interpellaret,*

pellaret, atque in Aug. imperatoris Caroli IV. Iudicio vinceret, nec tamen ei satisfieret, & Vilhelmo quoque mortuo, negligi se videret, praesidium ab armis repetendum duxit, & Fridericum Caesarem, Francofurto reversum, cum agmine militum adoriebatur, pro illorum temporum consuetudine, qua privatis bellis & diffidationibus locus est datus. Quod erudite sapienterque persecutus est auctor defensionis Valdecciae part. I. c. 7. p. 37. 38. 40. 41. Ex eo Henricus Meibomius Nepos in dissertatione de Friderici Ducis Br. & Lun. in Imp. Rom. electione §. XXXVI. Tantum in duobus viro laboranti subveniendum puto. Primum quod de literis a Moguntino A. 1400. datis subdubitat; sed recte ad eas provocavit Zacharias Vietor, quippe quas ipse beneficio Principis Valdeccii nuper inspexi: deinde quod nescire se fatetur, an Fridericus Hartingsbusius, & Cunomannus Falckoburgius iidem sint, qui Padbergii, quod omnino est inficiandum. Avus autem Henricus in parte hujus historiae sibi non constabat, quod liquet ex ejus chronico

nico

nico Riddagshusensi, p. 58. 59. ed. A. MDCV. & in notis ad Chronicon Comitum Schauenburgensium p. 81. ed. prior. p. 547. ed. novae tom. I. Accuratius perquisivit in Chronic. Brunſ. & Luneb. H. Buntingi recognito & aucto, a scriptore etiam defensionis Valdecciae laudato, p. 408. Sub idem tempus arx veteris Saxoniae Vlotha ad Visurgim, ab Ottone & Vilhelmo Ducibus Brunsuicensibus Henrico Valdecciae comiti est pignori opposita, quae postea ad Comitatum Rauensbergium delata, ejusdem ditione nunc continetur. chron. Br. p. 409. Praeterea est Vlotha monasterium diœceseos Mindensis. In Chronico Lerbecke p. 35. legitur, & Lotha, vetus monasterium sacris virginibus dicatum, de quo chron. Mindense, ex eo chron. Lipp. part. II. p. 506. Haec talia lucem afferent chronico Valdeccensi manuscripto.

XI.

Sic praeter alia gentilitiae virtutis ornamenta pietas, quae est ipsa per se amabilis,

lis, omni aetate in Valdecciis eluxit, ut domicilia prius Deo dicarent, quam oppida & urbes conderent, Flechtorpium ante Corbeckam *, Volckardinghausium ante Landauiam, Nezam ante Wildungam extruerent & beneficiis locupletarent. De Berico dixi antea, quam tabulae piarum donationum commendant, & reditus possessionesque confirmant. Prætereo Schackenam, quae regnantibus Hohenstauffiis, sub disciplina & regula Benedicti constituta, sub Honorio III. monachos habuit, tum sacris Vestalibus attributa, etiam hodie virginibus, vitam coelibem agentibus, domicilium praebet. Omitto Honschedam & Verbenam, quarum illa cum Aroldesiensi quonduam in patrimonium Valdecciae domus conflatae, perpetuo & pace publice confirmato seculi iure possidentur.

* *De Corbecke, primario comitatus oppido, non Corbeke, in Ducatu Vestphaliae, apud Bernardum Frickium in diario ecclesiarum per ducatum Vestphaliae pag. 17. Haec enim multum inter se differunt, in Vest-*

Vestphalia, & in Vestphaliae ducatu contineri. Sic & in diœcesi esse, non tribuit diœcesano dominium, nec jurisdictionem ex dominio imperioque competentem, quae civilis dicitur, sed duntaxat ecclesiasticam, pace religionis, & pace Vestphalica suspensam. Praeter leges historiae, & contra fidem annalium tradunt, qui Corbecam putant dictam esse Corbejam, cum non plures, quam duae hujus nominis urbes in monimentis reperiantur, altera vetus, in Picardia ad Somonam fl. sita, altera nova ad Visurgim, quae Saxonica adpellatur. Neque hujus loci sunt Corbonacum, & Corbiniacum, quae ad Francogalliam, non ad Saxoniam spectant. Urbem, imperante Henrico IV. conditam vulgo credunt, sed recentiorem esse, schedae veteres, & tabulae me docent, quae in tempora Friderici II. conveniunt, quibus Germania civili bello distracta, & magno postea interregno couturbata fuit, ut vel ea de caussa insigniores & locupletiores familiae urbibus condendis operam darent, non renitentibus, sed ultro concedentibus

iis,

